Verum quantum ad primum petita Commissionis negotium attinet,
incipias equidem ire non possum, contenta folii modo dicti ad futuram
causæ decisionem momentum aliquod allatura esse, interim de iis, quæ
ei inscripta fuere, ex aliis Actorum partibus certi adeo fieri possumus,
ut nullus dubitationi locus superesse queat; Ipsa vero libri corruptio, si-
ve folii prædicti excisio ex ejus inspectione in oculos incurrit, neque ab
ipsis Actoribus negatur. Ad rem itaque nil proderit, etiamsi per Com-
missionem istam Auctor hujus facinoris detegatur; imo si illa, quæ folio
illi inscripta fuere, non aliunde jamdum Actis juncta forent, nulla vel
minima spes adesset, ea per Commissionem sæpe nominatam unquam
suppleri posse. Non alium ergo fructum exiade capi posse certum est,

quam ut cum maximo reorum damno causa principalis, ejusque Decisio diutius adhuc differatur, cum tamen sine illa progressus fieri possit.

Delineatio ichnographica porro quorundam errorum ab Actoribus accusatur, quos utique emendandos esse, dubitari nequit, modo ipsa delineatio ad causæ designationem aliquid faceret. Valde tamen dubito, an aliquod decisionis argumentum ex situ Sylvarum ex designatione ista hauriendo capi possit. Cardo totius causæ ad Possessionem Actorum, in specie vero ad ejus qualitatem redit. Quæstio scilicet a Partibus principaliter ventilata & a nobis excutienda eo tendit, an Possessio actorum in se certa & a reis non negata, ita comparata sit, ut Possessio proprie & Juridice talis nominari possit, proinde in illa manutenendi sint Impertrantes? ad cujus quæstionis enodationem situs locorum parum conducit, potius qualitas actuum, qui pro demonstranda Possessione allegantur, juncto titulo, cui Possessio illa innititur, vel unice consideranda erit. Vnde emendationem delineationis sapius nominatæ qua superfluum prætermittendam esse censeo.

Idem statuendum esse judico de Sylvarum devastatione Actoribus a Reis imputata & de cujus veritate Camera Imperialis per Commissarii inspectionem, indagacionem & Relationem certior reddi debet. Non sine utilitate foret illa, si causa ipsa nondum decidi posset, sed per ordinationem quandam Provisionalem imminens forsan damnum & quidem irreparabile averti deberet. Sed causæ meritis sufficienter expositis & discussis, sententia decisiva fieri poterit, qua lata, in arbitrio Reorum erit, Commissionem istam, si victores evadant, petendi, æstimationemque damni sibi ex nimia arborum excisione forsan illati consequendi. Auctor ergo fieri nolim decernendæ jam petitæ Commissionis, & suspendendæ vel differendæ, quæ non potest non cum illa esse conjuncta, causæ ipsius decisionis. Partim itaque simpliciter, qua superflua, rejecta, partim adhuc dilata Commissionem, ad causæ merita me convertito, de jurisdictione Cameræ Imperialis bina tantum verba præmittendo.

§. 3.

In confesso est & negari nequit, quod Anno 1686. & 1687. Xenodochium Würzburgense a Communitate Græffendorffensi ratione juris lignandi in jus fuerit vocatum, & quod 27. Febr. 1687. Incolæ Græffendorffenses in possessione prædicti juris reservato ordinario fuerint defensi, vel potius quod Regimen Würzburgense, cui omnia adhuc obscura, minime-

minimeque discussa videbantur, da man ein. und anderes noch unlauter findet, jusserit omnia in statu, quo tunc temporis fuerunt, relinquenda, causam ipsam vero ad ulteriorem enodationem atque discussionem remittendam esse, [6 | 8], certum pariter est, quod ad causæ merita coram modo dicto Regimine Partes descenderint & ad quadruplicas usque causam peregerint [20 | adj. | 41 | 32]. Vnde videri posset, Jurisdictionem Camerae Imperialis non fundatam esse, causam ipsam vero ad Regimen Würzburgense, qua forum præventum, eo magis remittendam esse, quo prædictum Regimen pro tuenda Jurisdictione [20] intervenerit, causæ vero connexitas, quæ respectu diversorum Reorum obtegitur, in actione alibi introducta & pendente exulet, & sive in petitorio nunc, sive in possessorio agatur, auxilium non aliunde, nisi ab isto Judice, qui olim decrevit, petendum & expectandum sit. Non levis est objectio, quæ remissionem causæ sine dubio post se traxisset, modo Xenodochium Julienne, quod Exceptionem fori declinatoriam opposuit & cujus potissimum interfuit, illam attendi, in ea opinione perstitisset. Ast cum expresse nuntium huic Exceptioni miserit & se jurisdictionem Camerae agnituram expressis verbis declaraverit [89] f. 2. non opus est huic diutius immorari, jurisdictione Camerae ad minimum ex voluntario Partium, imo & Judicis prioris agnitione & prorogatione satis superque fundata.

§. 4.

Ad Causæ principalis indagationem itaque descendens, non inutilis erit de genere Processus, quo versamur, disquisitio. Advocatus enim Impetrantium totus in eo est, ut possessorium & quidem Summariissimum hic subesse ostendat, unde omnibus fere scriptis protestationem de se in petitorium non introumittendo, neque illud agnoscendo inserit. In alia omnia abit Advocatus Reorum, atque Petitorium non modo plane instructum esse, verum etiam in utroque & Petitorio & Possessorio pronuntiandum esse, acriter defendit. Inspiciantur modo conclusiones prohibitorum, & dicti veritas constabit. Nolo hic ea repetere, quæ Pragmaticorum cohors & ex illis Advocatus Impetrantium passim refert: de Petitorio cum Possessorio non confundendo, neque cumulando, & quæ Impetratorum Advocatus de Summariissimo non concedendo, nisi metus armorum adsit, nec non de Sententia in Petitorio, si de eo constet, ferenda, quamvis in Possessorio tantum actum sit, adduxit, bene gna-

rus, regulas illas in se quidem certas, multis tamen exceptionibus & cum ad applicationem earum devenitur, non raro pluribus difficultatibus obnoxias esse. Illis itaque omissis, non nisi tota causa inspecta, alicujus usus futuris, sequentia facta in actis probata mihi videntur, unde non possunt non certæ conclusiones promanare.

1) Regimen sive Episcopus Würzburgensis statuendo 1687. quod Partes via & processu Judiciali jura, quæ prætendunt, hinc inde deducere, interim vero omnia in statu, quo tunc fuerunt, permanere debeant, provisorie sive interimistice tantum pronunciavit, proindeque ad summum solum Possessorium, quod vocant momentaneum sive Summariissimum, decisione sua ad finem perduxit, in cujus sequelam Pagus Græffendorffensis ab illo tempore in possessione juris lignandi nuda, quatenus illam eo tempore exercuit, permansit. Quod Sententia illa ultra istud Summariissimum se non extenderit, nullus erit dubitandi locus, modo ea, quæ Decretum istud præcesserunt, & quæ [6] notata sunt, inspiciantur. Nulla investigatio de meritis causæ vel de qualitate possessionis præcessit, in nudis & meris allegatis omnia, quæ adducta fuerunt, constiterunt, nulla probatione addita. Vnde in ipso Decreto dicitur, quod nondum patuerit, quisnam fuerit status antiquus, cui deinde additur vel superstruitur remissio Causæ, & utriusque Partis ad ordinarium via juris expediendum, adjuncta ordinatione provisionali, quod Xenodochium Julienne Rurense Græffendorffense interim & ad finem litis usque in possessione, omniaque in pristino statu relinquere debeat: Wann ein- und anderes, sonderlich wie es vor Anfang des Cammergerichtlichen Processes gewesen, und gehalten worden, noch unlauter zc. daß beyde Theile sothane Streitsache per Processum ordinarium juridice mit einander auszuführen die Nothdurft erfordert zc. dem Julier Hospital aber auferleget, berührte Gemeine immittelst und bis zu Austrag der Sache wegen des Holzrechtens in ihrer Possession, und so mithin alles in vorigen alten Stand zu lassen.

[8] Quis sit ille Processus Cameralis, cujus in Passu modo allegato mentio fit, dicere non possum. Id tantum liquet, quod inter Nobiles de Thüngen & possessores oblegii Herbipolensis jam ab initio Seculi superioris in Camera ratione quorundam jurium, quæ in Pago Græffendorffensi hi sibi attribuerunt, illi vero iis negarunt, litigatum fuerit. Nec minus patet, quod ejusdem Seculi initio Neidhardo a Thüngen lis fuerit cum Francisco Episcopo Herbipolensi, & quod ille 1631. partem, quam

in

in Pago nostro habuit, oppignoraverit Xenodochio Julienſi [16] Lit. E. Quidquid vero ſit de proceſſu in paſſu Decreti modo adducto, quot verba, tot adſunt ſigna & declarationes Sententiæ proviſionalis, interimiſticae in momentaneo & Summariſſimo latae, cujus proinde effectus ultra verba & ſenſum non erit extendendus. Hinc ſequitur 2) quod proceſſus, qui coram Regimine Würzburgenſi dein inſtitutus & ad Quadruplicas uſque perductus fuit, ſive poſſeſſorium ordinarium, ſive petitorium reſpexerit, a priori ſit diverſus, neque aliam cum illo connexionem habeat, quam quod circa idem objectum litis juſ ſc. lignandi, & quodammodo inter eaſdem partes verſetur. Vnde porro conficitur 3) quod Actores, quamvis in Summario victores extiterint, tamen in ordinario vel Petitorio Reis agentibus reſpondere teneantur, & quod neutrum prætextu Summarii declinare, vel in eo ſe continere poſſint, unicum tantum excipiendum eſſe caſum, quo Sententiæ in Summario latae inhæreret, & poſſeſſorium ordinarium vel Petitorium declinare poſſunt, cenſeo, utpote ſi in poſſeſſione iis adjudicata turbentur, vel ea deſiciantur. Fatendum itaque eſt, quod per ordinationem de 4. April 1738. [10] quæ præſentili & Mandato emanato anſam dedit, poſſeſſioni momentaneæ præjudicium factum fuerit, & quod poſſeſſio Actorum ſalva & integra non manſerit. Vnde dubitari non poſſet, quin Actores ante omnia reſtituendi forent, ſi eorum Domini in turbatione iſta continuaviſſent, & ſi poſt decretum & inſinuatam Mandatum ab iſta ſponte non deſtitiviſſent. Ex quo vero omnia reſtituerunt, & ex quo Actores pendente lite in poſſeſſione, qua 1687. gaviſi ſunt, conſtituti fuerunt, & adhuc in ea conſtituti ſunt, quod partim ex Reſcripto Regiminis Herbipolitani ad D. Brand 9. Jan. 1742. exarato, & [87] [156] Lit. LL. producto, partim ex propria Impetrantium confeſſione [46], partim autem ex multis Reorum Scriptis, quibus ob nimiam Sylvarum exciſionem graves adverſus actores producant querelas, & quibus Acta ſcatent, abunde probatas, aliud dicendum erit. Inſpiciantur modo Reſcriptum allegatum, & quæ adductæ fuerunt ex actis rationes, de reſtituta vel relicta Impetrantium pendente lite poſſeſſione, deque ab iis in præſens uſque continuata, non eſt, quod dubitari poterit. Expriſſis ſiquidem verbis in modo allegato Reſcripto dicitur: daß der Gemeinde vermeinte Beſchwerden damit gehoben worden, weil von dem Julier Hospital und deme von Thüngen, als Gräſſendorffer Vogtey-Herrſchaft, das ſonſt gewöhnliche Holz der Gemeinde angewieſen worden, add. [155] f. 79. 80. & ut poſſeſſionem Actorum pendente lite quiete

continuatam ulterius probent Impetrati, Extractus rationum Lit. Min. & Nn. 156 produxerunt, ex quibus patet, quod ab Anno 1741. usque 1743. atque sic durante lite ex Sylvis, de quibus quæstio nunc est, ultra quinque millia, & Sexcentum Orggias mensuræ (Klafter vel Reiff dicunt) ab Impetrantibus, Dominis ipsorum illas assignantibus caderint, illasque vendendo non levem pecuniæ Summam exinde in proprios converterint usus. Rei vero pendente lite, nihil, quam pecuniæ Summam quot annis solvi solitam exiguam adeo, ut pro quavis mensura vix crucigerus solutus fuerit, acceperint, uti latius ista allegantur 155 f. 80 - 83. de querelis Impetratorum modo adductis non est, quod verba faciam, cum ubivis in actis nostris obviæ sint, & de possessione Impetrantium reali & quietâ abunde testentur.

4) Finita hoc modo Summariissimi possessorii Instantia, & possessorio ex parte Reorum plene satisfacto necesse est, ut tandem ordinarium vel Petitorium sequatur, & ut alia demum Sententia ultra Provisorii vel intermistici limites procedatur, causaque finaliter terminetur.

Remoto, quod Jurisdictioni Camerali ex præventionem fori Würzburgensis obstabat, impedimento, non alibi, quam in Camera Imperiali excutiendum erit sive ordinarium, sive Petitorium, neque obstat, quod Supplicia pro Processibus neutrum comprehendere, neque ad alterutrum forsân quadrare videatur. Partim enim Impetrantes ipsi in immemoriali & antiquissima possessione fundamentum actionis posuerunt, quæ utique Possessorium ordinarium involvit, partim vero titulum possessionis jus sc. quoddam Emphyteuticum allegarunt, partim autem Processus Mandati in progressu causæ intra ejus limites non substitit, sed circa status antiqui indagacionem, ejusque probationem partes amplissime egerunt, ut nullus superesse possit dubitandi locus, quin in Processum ordinarium degeneraverit noster, proindeque in momentaneo non amplius, sed in ordinario, imo in petitorio pronuntiandum nunc sit. Lucem hæc exinde capiunt, quod in Regimine Würzburgensi petitorium Partibus utrinque fatentibus 46 f. 5. 7. 61 f. 21. & 89 f. 3. fuerit institutum, cum autem Actores Instantiam illam deseruerint, & in Camera Imperiali adversus Reos Mandatum sine Clausula impetraverint, deinde Rei Jurisdictioni Cameræ Imperialis, neglecta Würzburgensi, se pariter submiserint, fieri aliter nequit, quam ut Judicium novum in Camera instituat & finiatur. Hocce autem sive Petitorium, sive Possessorium ordinarium dicere velimus, non multum intererit, cum ipsa Possessio ejus generis

neris

neris esse videatur, quæ editionem & discussionem tituli admixtam habeat, nec sine illo decidi possit. Vnde præsens possessorium vel ad illam Classem Judiciorum Possessoriorum, quæ admixtam habent causam proprietatis ideoque mixti Possessorii dicuntur, referendum erit,

Mindan. de Interdict. c. 21. Mev. P. 8. Dec. 248. n. 7. p. 4.
Dec. 357. n. 2. p. 5. Dec. 178. B. D. de Ludolf T. 2. Sym-
phor. Conf. V. p. 517. Hartm. Pistor. l. 2. q. 46. n. 6.

vel discussionem tituli ea de causa involvit, quod in examinando possessorio ordinario ad antiquiorem possessionem & ad titulum ipsum, cui illa innititur, recurrendum sit. Probata enim Possessione antiquiori, junior præsumitur vitiosa & nulla,

C. 9. X. de probat.

Mev. p. 3. Dec. 91. n. 4. 5.

& si duo de possessione contendant, præfertur illa, quæ titulo suffulta est.

d. e. 9. X. de probat.

Contingere siquidem potest, ut alter in præsentī possessione deprehendatur, licet vi, clam, vel precario, de quibus qualitatibus tamen in Summario non decernitur, & ita in Summariissimo defendatur. Postquam vero ad ordinarium deventum est & in eo non tantum hujus Possessio vitiosa, sed alius Possessio antiquior & magis qualificata est demonstrata, tunc demum finaliter deciditur controversia super possessione & huic possessio adjudicanda, quæ interim tantum & per modum provisionis prior erat assignata & post modum vitiosa deprehensa est; neque enim interdictum uti possidetis amplius tuetur eum possessorem, de cujus vitiosa possessione postmodum apparet.

Boehmer ad Decretal. tit. de causa possess. & propriet. f. 7.

Mev. p. 2. Dec. 247. n. 15. ibique alleg. Felinus.

B. D. de Ludolf. T. 1. Symphor. conf. 38. p. 930.

Quod si vero petitorium hic versatur, illud pleniorem tituli allegationem & discussionem necessario involvit. Quocumque ergo modo consideretur præsens Judicium & sive ab utrisque, Actoribus scilicet & Reis, ex Interdicto uti possidetis processu ordinario, sive actione confessoria ad consequendum jus Emphyteuticum ab Actoribus, sive actione negatoria

pro libertate fundi & Sylvarum a Reisposito eorum Dominio actum fuisse statuat, non possunt non antiquior possessio & titulus, cui illa ininitur, in censum venire, imo si statui §) posset, quod Camera non sit, se huic quaestioni immiscere, sufficeret, quod Regimen Herbipolitanum per Sententiam vel Decretum de 4. Nov. 1738. Petitorium ipsum decidisse videatur, cum Græffendorffensibus omnem arborum subscissionem inhibuerit, addita graviore poena in contravenientes statuta $\frac{27}{44}$, $\frac{52}{}$ a quo cum Actores in superfluum appellaverint $\frac{41}{45}$ $\frac{46}{}$, vel ex hac ratione, si alia non adessent, ad causae principalis finalem decisionem progressus fieri posset.

§. 5.

Dum jus lignandi in omnibus ad districtum sive Marcam Græffendorffensem (Græffendorffer Markung) pertinentibus Sylvis prætendunt Actores, illud eo usque extendunt, ut

(a) jus sibi arrogent, quovis triennio certum tractum funditus excidendi, arbores excisas vendendi & pretium inde redactum pro meliori sustentatione inter se pro numero Domuum dividendi, vocant hoc **das Maast-Holz**, item **das Schlag-Holz**, Sylvae partem quovis triennio excidendam, ein **Geleg**, vel ein **Wald-Geleg**, in Supplica & deductione Gravaminum dicunt: Es wäre für ganz unfürdencklichen Zeiten her alljährlich ein gewisser Berg oder Wald-Geleg in gleiche Maas Schläge oder Theile, nach Anzahl derer Einwohner, ab- und ausgetheilet, das darauf stehende Holz gefällt und zu Anschaffung ihrer Nahrung verkauft worden, $\frac{46}{}$ f. 1. add. $\frac{4}{}$ f. 1. $\frac{155}{}$ f. 94 - 97. quid per vocem Geleg intelligent, de eo non conveniunt Partes. Actores ipsum districtum, tractum vel Sylvae partem illa intelligi volunt $\frac{119}{}$ f. 8. 9. alio modo eam explicant Rei, dum voce Geleg emtionis pretium sive pecuniam a Singulis Incolis pro rata solvendam atque in unum conferendam indigitari contendunt. Das Wort Geleg inquit sene das Kaufgeld, so die Græffendorffer auf ein Jahr für ihr empfangenes Holz zusammengelegt und gezahlet. Wann es heisse, diese Stücke für 30. fl. 3. Geleg, so bedeute es so viel, daß die Nachbarschaft für empfangenes Holz auf drey Jahr und auf 3. recht, zusammen 30. fl. gelegt, und der Herrschaft gezahlet hätten. $\frac{83}{}$ f. 41. Lit. S. T.

Præter

Præter has Sylvas cæduas 6) prætendunt jus cædendi ligna in proprios usus, sive ædificando, sive comburendo impendenda & ex alia Sylvæ parte, dem hohen Wald, desamenda. In dem sogenannten hohen Wald, pergunt sapediecti Actores, ist die Gemeinde berechtiget, das benöthigte Brenn Bau, und nebst diesem noch so viel Holz, als zu Bestreitung der Gemeinds-Kosten nöthig und erforderlich ist, jedoch also, daß von Uralten Rechts wegen allezeit einige dazu aus dem Gericht verordnete Männer die Anweisung thun müssen. 46 f. 1. 2. 4 f. 2. 3. 155 f. 97 - 104.

Pro usu hujus juris cædendi quovis triennio certum Sylvarum tractum, nec non pro jure desumendi ex Sylva dem hohen Wald ligna necessaria, Impetrantes certam, non talem æqualem, neque uniformem pecuniæ Summam, quam Canonem vel Censum, einen Wald-Erb-Zinns, vocant, Dominis quovis triennio solvunt, illumque nomine des Wald-Geldes insigniunt.

c) Hisce non contenti in progressu causæ non modo multas forestales cum jure glandis legendæ & jure pascendi 46 f. 2. sed etiam arbores vi ventorum dejectas & ramos hinc inde in Sylvis obvios, colligendi suosque faciendi jus sibi attribuerunt. Verum ipsum jus multandi & jus glandis legendæ nostræ non sunt cognitionis, neque aliter juris multandi in actis nostris mentio facta, quam quatenus exinde aliquod argumentum pro tuendo lignandi jure deduci potuit. Jus colligendi autem arbores vi ventorum dejectas & ramos, die Windfälle, die Affter-schläge, quamvis tempore decreti Würzburgensis de Anno 1687. & hoc infecuti Mandati Cæsarei de Anno 1738. de illo non fuerit quæstio, in progressu causæ tamen Impetrantes actionem eo extenderunt & Ordinationes Camerales de 8. May 1742. & 23. Jan. 1743. quibus omnia in statu quo relinquenda esse statuitur, impetrarunt. 102 142 Vnde vel de hoc jure quoque in proxima Sententia statuendum erit.

Pro tuendo hoc jure non jus quoddam Emphiteuticum adducunt, neque in eo se fundant Impetrantes, sed unice ordinationes anni 1556. & factam in illis Dominorum concessionem allegare possunt.

§. 6.

Ostenso itaque vero nostræ deliberationis objecto, ut illud specia-
liori modo adhuc circumscribatur & limitetur, prænotandum erit, ex parte Impetratorum non negari, quod Actores & Impetrantes a multis

retro annis in possessione, arbores ex Sylvis cæduis aliisque erga solutionem aliquot nummorum cædendi fuerint, istam possessionem & solutionem nullo modo negant Rei, neque ostensa & probata actuum frequentia illam negare possunt; sed de eo tantum superest quæstio & totius quæstionis cardo eo redit: cujus naturæ vel qualitatis sit possessio actorum, & quæ pro illa singulis annis exsoluta fuit pecunia? ita scilicet Impetrantes possessionem in proprio & juridico sensu ita dictam pro se habeant, & an proprio nomine animoque sibi habendi possederint & possidere potuerint? & an pecuniola ab iis soluta pro censu vel canone proprie ita dicto habenda sit? an vero nomine Reorum possederint & nummi quovis triennio erogandi naturam pretii emtionis habeant & ad ejus normam æstimandi veniant? prius sustinent Actores, posterius Rei.

§. 7.

Vt ergo dicendis ordo quidam constet, primo de Dominio Sylvarum pleno & utili dispiciendum erit, transitus postea fiet ad expositionem eorum, quæ Impetrantes pro natura negotii ejusque circumstantiarum pro suo jure tuendo probare debent & quæ ab iis probata sunt. Hanc excipiet consideratio argumentorum, quæ Rei pro se allegarunt. Vnde quarto non difficilis erit conclusio, quid de possessione Impetrantium statuendum sit. Cui tandem disquisitio de arboribus vi ventorum dejectis annectenda veniet.

§. 8.

Primam nostræ deliberationis quæstionem quod attinet, Impetrantes nil aliud pro Dominio & proprietate Sylvarum allegasse deprehendo, quam præsumtionem, quod nemora scilicet, pascua, cæteraque prædia publica, quæ sunt intra fines alicujus Pagi vel Vniversitatis, censentur esse ejus, non vero Domini jurisdictionis, unde Civitas vel illa habens Territorium seu terminum designatum ab antiquo, fundatam dicitur habere intentionem quoad omnes terras & loca sita intra illos limites, ita ut præsumantur esse ejusdem villæ seu Civitatis, sub cujus limitibus reperiuntur, ad omnium vicinorum communem utilitatem.

Ast præsumtio est tantum generalis & indeterminata, quæ Civitatibus & Communitatibus majoribus, proprium Magistratum & ordinatum Regimen habentibus, quidem proficere potest, pagis vero, qui a Dominis suis unice dependent, sola adjumento esse nequit. Deinde nimis probaret ista præsumtio, dum omnes fundi intra terminum alicujus Pagi siti,

fiti ad illum pertinerent, quod tamen ne ipsi quidem Actores asserunt. Si vero præsumtio ista ad prædia solum publica restringi debet, ad decisionem causæ nihil conferret, principium quippe peteret. Denique posita etiam hujus præsumtionis validitate & efficacia, non excludendæ sunt præsumptiones & probationes contrariæ. Quas dum perpendo, omniaque, quæ prolata fuere, excutio, asserere non dubito, quod proprietas & Dominium Sylvarum, quæ in Marca Græffendorffensi sunt, plenum, absolutum & utile ab origine & antiquis temporibus spectaverit & pertinuerit ad prædecessores modernorum Reorum, qui fuerunt ex una Parte Nobiles de Thüngen, ex altera obli-gium Würzburgense (die Erb-Ob-ley Heydeck) & quod ejus jura acquisiverit Xenodochium Julienne.

Vt ita sentiam, Contractus Emptionis Anno 1446. & 1595. inter Nobiles de Thüngen qua emtores & alios qua venditores celebrati nihil vel pauca conferunt. Quamvis enim in illo de Anno 1446. Itelius Vogt a Reineck cum Coniuge Anna ab Alatheim, tres quintas Pagi Græffendorffensis Sigismundo a Thüngen vendiderint, & inter pertinentias dicti Pagi venationes, piscationes, nec non census & reditus, atque in specie *Zeide* nominati inveniuntur |16| Lit. A. 1. hac voce autem nemora et foresta designari ex auctoribus Bergero sc. & Schiltero probare voluerint Rei, quamvis etiam Melchior a Thüngen Alberto a Thüngen partem suam Pagi Græffendorff cum pertinentiis & in specie cum nominibus *Zinsen, Zehenden, Zöllen, Gehölzen, Fischwasser, Gebot und Verbot* 1595. vendiderit |16| A. 2., non desunt tamen rationes, quæ his Instrumentis regeri & quibus vi probandi destitui possunt. Primo enim quæ priori loco producta sunt, de Sylvis & nemoribus in genere loquuntur, neque exinde colligi potest, an sint illa, de quibus nunc versatur quæstio. Auget dubitationem, quod juxta allegata Impetrantium |61| f. 25. 26. 73. ipsorum Domini in illo ipso Districtu Græffendorffensi Sylvas quam plurimas jure proprietatis & pleni Domini habeant, quas an non in modo dictis Instrumentis intellexerint contrahentes, an vero omnes, quotquot ibi sunt, comprehensas voluerint, pro certo ex illis contractibus colligi nequit, potius aliunde petendum erit, quasnam Sylvas generali expressione *des Gehölzes* intelligere voluerint contrahentes.

Deinde vocem *Heyde* in Electoratu Brandenburgico & vicinis ei quibusdam Provinciis foresta designare largiendum, sed pariter concedendum

erit, Actores a Reis passim allegatos de illis provinciis loqui, uti inspectio docebit. An vero voce *Zeide* in Terris Franconicis quoque foresta & nemora comprehendantur, neque allegatum neque probatum invenio. Id interim certum est, adductam vocis significationem in Germania non esse universalem, in agro enim Lüneburgensi & in plurimis si non omnibus Circuli Westphalici Provinciis, per vocem *Zeide*, ericeta amplissima, Sylvis & sæpius arboribus plane destituta indigitantur. Non opus itaque est, ut circa Impetrantium responsionem, qua argumentum ex voce *Zeide* desumptum, elicere, illam in *Leide* mutare, hoc nomine vero tractum seu districtum *die Eydenbacher Leyde* dictum, & ad Reos pleno proprietatis jure ipsis Actoribus fatentibus spectantem, intelligi volunt, dico non opus esse, ut circa hanc responsionem multum sollicitus sim; quæ enim sit ratio hujus districtus, in Duplicis [89] f. II. sequentem in modum explicatum invenio: *Der Hof Eydenbach, wohin die Eydenbacher Leyde gehörig, ist ein von Gräffendorff gang abgeschiedenes und besondere acquirirtes, theils von der Erb-Obley, theils von Meidhardt von Ehungen Anno 1620. durch einen Vertausch mit Conrad von Ehungen zu Windheim herrührendes Guth, welches das Julier-Hospital gang allein genießet, cui assertioni cum non contradixerint Actores, merito ei standum erit.*

§. 9.

Missis itaque hisce vel ad minimum usque dum aliis adminiculis adjuventur, suspensis atque dilatis Instrumentis, fortiorem probandi Domini Sylvarum vim inesse reor Instrumentis ad instantiam possessorum oblegii Würzburgensis in Annis 1485. 1490. 1498. 1503. 1513. & 1525. confectis [33] productis, ab Impetrantibus vero neque negatis, neque contradictis [61] f. 74. 75. [111] f. 14. *Weisthümer* passim vocantur, & in genere denotant Instrumenta, in quibus descripta sunt ea, quæ ad cognitionem jurium antiquorum circa hanc vel illam rem in specie faciunt.

vid. Reinhard de Jure Forestali German. S. 3. §. 5. ubi mentionem facit eines *Berg-Weisthums*, *Cent-Weisthums*, *Gericht-Weisthum*, *Grenß-Weisthum*, *Marck-Weisthum*.

In specie vero hoc nomine veniunt Instrumenta, quibus Vniversitatum rusticarum status, juraque Dominorum constitutis temporibus aufdenen *Geding*, oder *Pflicht*, *Lagen*, oder *Hof*, *Sprachen*, interrogantibus

bus aliis & monentibus, aliis respondentibus, describuntur, præsertim iis, qui Magistratum gerunt, & contradicendi jus habent, si quid perperam pronuntiaretur.

Dn. de Ludolf. Obs. 148. p. 149.

Magnam affinitatem habent illa cum libris censualibus Nobilium, *denen Erb. Büchern*, designationem operarum, aliarumque præstationum, quas Rustici Dominis suis exhibere debent, in se continentibus. Plenam censentur habere fidem libri illi, si forma gaudeant publica & authentica, requiritur vero 1) ut a Notario publico in præsentia duorum vel trium Testium sint conscripti.

Hartm. Pift. Obs. 159. n. 7.

Carpz. L. 1. Resp. 62.

2) ut rustici fuerint citati, & præstationes illas aliaque plene & libere fuerint confessi.

Wesfenbec. F. 1. Conf. 20.

Berlich. Decis. 283. n. 2. 6.

3) ut quæ ad confessionem Rusticorum calamo fuerint *excepta*, a Notario iis rursus prælegantur & ab iis iterata agnitione corroborentur.

4) ut hæc omnia a Notario in Instrumentum redigantur & ab illo atque testibus subscribantur.

Berlich. l. 1. n. 7. 8. 9.

Hæc requisita in nostris Instrumentis pariter inveniuntur, convocatis enim iis, quorum interfuit, & his ad interrogationem de juribus *Vniversitatis & Dominorum* respondentibus, omnia debite & legitime peracta, insuper in scripturam a Notario Imperiali redacta fuerunt. Idem ergo est, ac si *Incolæ* judicialiter & solenniter jura, de quibus agitur, fuerint confessi; hinc non levis censetur eorum auctoritas, imo in iudicando maxime ad illa attenditur, tanquam ad confessiones *Partium* legitime editas, prout hoc plenius exposuit.

Hert. in *Parcem. German.* p. m. 479. ubi ad praxin *Cameralem* provocat, allegando *Meißnerum* l. 2. Dec. 4. n. 62. & *Klock.* V. 1. Conf. 29. n. 764. Conf. 42. n. 1. add. *Kopp.* in tr. de *insigni Differ. inter Comit. & Nobil.* immed. p. 468.

Ad ipsum tenorem horum Instrumentorum si respiciatur, non levia in illis occurrunt indicia, quod Sylvæ ad Dominum oblegii ratione Domini & proprietatis spectaverint semper. Verba, quæ huc faciunt, sunt sequentia: item auch ist ein jeglicher Herr oder Besizer Herr im Dorf und im Felde, und Hege und Laub ist sein 2c item ob die arme Leute des wohl des (Waldes) bedörffen, und kaufen wollten, so soll der Schultheiß und einer oder zwey mit ihme zu einem Herrn gehen, und ihn darum bitten, und soll ihme dann zu kaufen geben, nach Erkenntnis, die dann geschwohren seyn an dem Gericht zu Gräffendorff. item über den hohen Wald hat der Schult heiß Hege und Laub von des Herren wegen, und soll dem Förster davon geben Lohn, auch soll er alle 14. Tage auf den Wald reiten, um zu besehen, ob jemand Schaden darauf gethan hätte. In quibusdam adhuc additur, item auch ist das Wasser, Walds, Hege und Laub eines jeglichen Besizers des obgenannten Obleyes, alt in reliquis inter se conveniunt [133]. Sequentes hinc eruo conclusiones.

a) Quæ de juribus oblegii in prædictis Instrumentis annotata sunt, ad jura nobilium de Thüngen quoque applicanda & de iis pariter statuenda erunt, jure enim condominii & pro in liviso Sylvas & jura, quæ iis in illis & circa illas competere dicuntur, possident. Vnde quæ uni ex iis competunt, ad alterum non possunt non pertinere.

b) In illis dicitur, daß Hege und Laub des Walds dem Herrn (scil. der Obley) seye. Vox Hegen non unius est significationis. Sæpius enim clausuram aliquam sive prohibitionem ingressus in Syivam denotat, unde einen Orth in das Geheg legen, idem est, ac prohibere, ne homines vel pecora saltum intrent. Alia & cum illa quodammodo conveniens significatio est ea, quæ ad constitutionem & formationem Judiciorum tracta, hæc solenniter formata & vidimata fuere, unde loquendi formula descendit, das Gerichte hegen, in antiquis Instrumentis passim obvia. Ad nostrum itaque casum si applicetur, per vocem Heeg indigitari videtur dispositio quævis, imo & prohibitio atque Sanctio pœnalis circa Sylvas Gräffendorffenses, ita ut nemini nisi possessori oblegii jus sit, ratione Sylvarum quicquam disponendi, statuendi, illas muniendi, vel quicquam circa illas statuendi. Convenit cum illa altera, quæ in prædictis Instrumentis antiquis conspicitur, vox Laube; quamvis enim per istam nemora ipsa figura quædam partis S. foliorum des Laubs, pro toto seu Sylvis ipsis sumptæ intelligi possint, imo quamvis per vocem Laube. Hölzer Sylvæ cæduæ intelligantur juxta ordinationem forestalem Brandenburgensem in Franconia

Franconia apud Fritschium in Corpore juris Venator. Forest. p. 3. n. 29. §. 49. Altera tamen significatio, qua pro permissione seu concessione quadam sumitur, hoc in loco præferenda videtur. Hanc significationem suadent non modo verba, quæ in iisdem Instrumentis sequuntur: *über den hohen Wald hat der Schultheiß Hege und Laub von des Herren wegen,* sed & simile quoddam Instrumentum, ein *Weisthum* ejusdem sæculi XV. apud Reinhard tr. de jur. forest. adj. 2. p. 164. ubi iteratis vicibus dicitur, nullas arbores absque concessione Dominorum & eorum, qui *Märcker* nomine veniunt, succidendas esse, *ohn der Märcker Laube* & *ohne ihre Laube* &c. Adstructa itaque vera verborum *Hege und Laube* significatione, sensus eo redit, quod omnis Dispositio, concessio, ordinatio ratione nemorum ad Pagum Græffendorff spectantium a solo & unico arbitrio possessorum oblegii & qui paria ubique cum iis jura habent, nobilium de Thüngen, pendeat & quod eorum sit, circa illas statuendi, ordinandi & disponendi. Hæc autem facultas Dominium plenum & solitarium necesse est involvat, si quidem Domino directo in Sylvis jure Emphyteuticario aliis concessis plenum & illimitatum circa illas disponendi jus competere nequit, neque ullo modo præsumendum, Emphyteutam Domino suo directo aliquam, nedum absolutam utendi fruendi re Emphyteuticaria facultatem concessurum. Cum Emphyteusi sane pugnat vel minimus rei Emphyteuticariæ usus Domino competens. Ne vero objiciatur, jus seu facultatem, quæ in dictis Instrumentis, *Weisthümer*, Dominis tribuitur, ex jurisdictione forestali, quam Actores reis non negant, descendere. Proinde ad Dominium Sylvarum plenum & utile exinde argumentum dari non posse, illud considerari velim, quod ille jurisdictionis forestalis effectus, vigore cujus Domini Territoriales plenum quodammodo & liberrimum quasi circa Sylvas subditorum proprias statuendi arbitrium hodierno præsertim tempore sibi arrogant, neque in natura Jurisdictionis forestalis, quatenus ex vi Imperii fluit, præsidium aliquod inveniat, neque ab antiquis temporibus ejus partem constituisse videatur. Quatenus enim ex jure Imperii s. superioris descendit, jurisdictionis forestalis consistit in facultate, leges & ordinationes forestales condendi, cognoscendi de controversiis forestalibus & puniendi delicta adversus leges forestales commissa, atque constituendi Magistratus ministrosve forestales. Inde vero ad ea, quæ ex jure Domini Sylvarum fluunt, minime concludere licet, illarum enim usus plane imminutus proprietariis & Dominis Sylvarum relinquendus est, neque sub prætextu jurisdictionis forestalis minimum impediendi aut turbandi, prout hæc latius exequitur

Strube in Vindiciis jur. venandi Nobilium German. C. 1. §. 33. Dominis hoc in casu non patrocinator, neque jurisdictione forestali latiores limites largitur observantia præsertim antiqua.

Quotquot enim inspicere mihi licuit Documenta, quæ jura continent Dominorum & subditorum, tantum abest, in iis aliquid inveniri, quod Dominorum plenæ & liberæ circa Sylvas subditorum potestati faveat, ut potius contrarium & quod invitis subditis ne arborem quidem in Sylvis, quæ inter Dominos & subditos vel extraneos, rusticos tamen, fuerunt communes, cadendi iis competierit facultas, exinde eluxerit. Alia plane olim erat conditio Sylvarum & diversa ab ista, quæ hodie passim obtinet; siquidem Sylvæ vel erant in Dominio & proprietate Dominorum, qui subditis & Incolis suis vel hominibus propriis necessaria ligna subministrari curabant, vel erant in Dominio communitatum vel Universtatum quarundam. In hisce nihil sibi peculiare arrogabant Domini vel territoriales vel jurisdictionales, sed sicuti Sylvæ ipsæ in condominio erant plurium personarum, ita ut plurimum omnia communi expediebantur consensu ad certum modum in ordinationibus hac de re editis & singulis in conventibus prælegendis expressum. Adeo nihil præcipui habebant Domini, at cura & tutela sylvæ juxta electionem singulorum demandabatur eminentiori & omnia, quæ ratione quacunque Sylvas ipsas concernere videbantur, vel a condominis ipsis, vel ab iis, quos officii inferioribus præfecerant, expedienda erant, sicuti hunc antiquum Sylvarum statum plenius exhibet & probationibus ex ipsis Documentis antiquis petitis firmat supra citatus D. Reinhard tr. de jur. forest. S. 3. per tot. & in adj. n. 1. 8. E ex hisce patere arbitror, facultatem, quæ in confessionibus Incolarum antiquis, *denen Weisthümern*, nomine *Heg und Laub* Dominis tribuitur, ex jurisdictione forestali non descendere, neque pro ejus effectu venditari posse. Ad stipulantes habeo status Franconia inferioris, qui in Gravaminibus contra status Franconia potentiores apud Wehnerum voc. *Forstrecht* 2c. p. m. 122. a. dicunt: *es habe kein Fürst oder Herr in Francken nie keine fôrstliche Obrigkeit gehabt, und noch nit, aufferhalb was sie auf ihren eigenen Wäldern haben, so ihr selbst allein seye, und sonst kein Graf, Herr vom Adel oder Stadt, kein Theil daran hat* 2c.

Objici quidem posset, quod ea, quæ pro corroboranda Thesi nostra exinde deducuntur, ad casum præsentem non quadrent, cum hic agatur

agatur de Sylvis & nemoribus inter Dominum ejusque subditos controversis, Gravamina statuum Franconiae vero jura forestalia extra Territorium exercenda respiciant. Sed firmo talo stare cenſeo illationem adductam. Non alium enim in finem uſus ſum aſſertione ſtatuum modo nominata, quam ut oſtendatur, jus foreſti, quatenus olim comparatum fuit, ad proprias Dominorum Sylvas ſolum reſtrictum, aliorum vero ſylvas ab illo immunes fuiſſe. Si ergo hodie quibusdam in locis jurisdictio foreſtalis eo uſque ſe extendit, ut ſubditis vel Incolis nullum circa proprias Sylvas diſponendi arbitrium vel exiguum ſuperſit, iſtitutum eſt recentioris ævi, quod natales ſuos Dominorum jura ſua amplificandi ſtudio, ſæculo potiffimum ſuperiori invaleſcenti, debet. Inde tamen ad antiquum & qui olim obtinuit, ſtatuum, argumentum dari nequit. Eviſta itaque vocum *Heege und Laub*, conſeſſionem, prohibitionem & omnimodum circa Sylvas ſtatuum diſponendive arbitrium inferentium, ſignificatione, neque ulla in prædictis Inſtrumentis jurium Incolarum vel ſubditorum circa ſylvas exiſtente notitia, quod tamen ad exemplum aliarum Univerſitatum, de quibus Reinhard I. alleg., non amiſſent, modo iſſis aliquod jus in illis competiſſet, firmiter concludo, ad ſolos Dominos pertinuſſe olim omnem & ſolitariam Sylvarum diſpoſitionem, ſive ejus uſum concedendo ſive illum reſtringendo illa ſeſe exeruerit, ex hac autem Dominium Sylvarum plenum & illimitatum probari. Quod etiam ulterius ex iis, quæ ſequuntur, patet: d) Statuitur enim, quod Incolæ, quoties opus habeant lignorum, illaque emere velint, comitante Sculteſio aliſque, Dominum adire, illumque rogare debeant, ut neceſſaria iis vendat. Sane Ruſticorum genio non convenit, ea a Dominis expetere, quæ quodam jure perfecto exigere poſſunt. Vnde ſi vel Sylvas ipſas, aut umbram aliqujus Domini in illis habuiſſent, vel illud expoſuiſſent, vel notam quandam neceſſitatis, quæ Dominos obliget, conſeſſioni propriæ adjeciſſent. Quibus non expreſſis nil remanet, quam quod hiſce Documentis Dominium Sylvarum pro Dominis, ad minimum pro illo, quo conſecta ſunt, tempore, probari ſtatuum.

§. 10.

At reliquorum nunc in parem finem productorum Inſtrumentorum examine leviori deſungi poſſum. Occurrunt ſcilicet alia adhuc Emtionis tabulæ a prioribus diverſæ, quibus Albertus a Thüngen partem ſuam in Graeffendorff Neidhardo a Thüngen 1625. vendidit, addita contra-ctui Emtionis clauſula: *ſammt dem vierdten Theil an Gehölz und Wäldern*
 V 2
 auf

auf ganzer Gräffendorffer Marckung [16] A. 3. ut adeo Sylvæ omnes, quotquot sunt in banno s. marca Gräffendorffensi, ejusdem naturæ, qua pagus ipse, habitæ fuerint & ad Nobiles de Thüngen jure proprietatis pertinuerint. Equidem contractus iste inter Nobiles de Thüngen initus respectu Vniversitatis Gräffendorff pro re inter alios acta illam adeo, non obligante, haberi posset, non tamen prorsus negligendum illum existimarum, præsertim cum in antiquis versetur & ex iis, quæ præcesserunt & quæ secuta sunt, fulcimentum accipiat.

§. II.

Huc referenda elogia testium ex ipsa Communitate Gräffendorffensi defunctorum & quamvis in alia causa inter possessores oblegii Würzburgensis & Nobiles de Thüngen ventilata Anno 1615. examinerum, non prorsus tamen rejiciendorum, partim quia Impetrantium Prædecessores fuerant testes prædicti, partim quia omnia inter se optime conspirant & Instrumentis insuper antiquis, Weisthümern, innituntur. Vno autem ore edicunt testes, partem Sylvæ der Meischenberg ad Dominum de Lichtenstein privative, reliquas ad illum & Nobiles de Thüngen conjunctim pertinere, horum etiam esse, dispositiones circa Sylvas facere. Der Meischenberg sey allein des Herrn von Lichtenstein, der übrige Wald, der Wald in gemein sey halb des Herrn von Lichtenstein und halb denen von Thüngen, die Heeg und Laub des Waldes, auch Gebot und Verbot darinnen seye Thüngisch, dann sie allewege bey dem Thüngischen Schultheiß, oder bey denen Junckeren selbst, um Holz nachsuchen müssen, darauf hätten die Junckere ihre Diener hieher geschickt und den Kauf machen lassen [16] A. 4.

§. 12.

Cum hisce Testium elogiis coincidunt Extractus ex pactis divisoriiis inter Thüngios 1577. initis & ex libris eorum censualibus defunctis, siquidem in prioribus positum invenio: Das Gehölz ist der Junckeren, wird jährlich den Nachbarn etliches daraus verkauft, nimmt der von Lichtenstein den halben Theil daran; item sub rubro Wald: Geld: was aus verkauften Holz erlöset, daran hat der von Lichtenstein den halben Theil [16] Lit. C. 1. nec minus ex libris censualibus patet, quod emolumenta ex venditione lignorum provenientia, nec non multæ inter Nobiles de Thüngen & possessores oblegii æquis partibus fuerint divisæ [16] Lit. C. 2. Lit. D. [17] Vtcrius hæcce illustrantur ex relatione quadam officialis Brandenbur-

denburgico-Onoldini ad Regimen Onoldinum 1627. facta. Cum enim circa annum 1627. depermutandis bonis, quæ oblegium Würzburgense in Pago Græffendorffensi habet, cum aliis, quæ Nobiles a Thüngen feudi Brandenburgensis jure possident, agebatur & consensus Domini directi ad huncce Permutationis Contractum exigebatur? Officialis jussu Regiminis in Pagum Græffendorff se contulit, de juribus oblegii in loco ipso notitiam sibi comparaturus, citatis Incolis quibusdam, ab ipsis edoctus sequentia ad Regimen sæpe dictum de juribus prædictis retulit: *Zwey tausend Morgen Holz zum halben Theil ist man geständig, daß dem Herrn von Lichtenstein an Stangen und hohen Holz auf Græffendorffer Marckung der halbe Theil gehöre, und da es gemessen und getheilet, er allein auf die 2000. Morgen zu gewarten, item daß er an ein sonderbahren Orth am Meischenberg noch 30. Morgen habe, welche jeko ein jung Schlag, und der Thum Priesterey ebenmäßig eigenthümlich zuständig, sonsten wann von anderem Holz etwas abgegeben werde, wie alle drey Jahr gegen der Gemeine allda geschehe, dann man einen Berg oder Stück pro 60. fl. mehr oder weniger käuslich überlassen, dann gebühre dem Herrn von Lichtenstein auch der halbe Theil 2c. item 40 Reiff-Holz, so aus dem Thüngischen Theil jährlich 2c. sind 42. Klafter, so jährlich dem Herrn von Lichtenstein mit eben aus dem Thüngischen Theil allein, sondern aus obbemeldter ihr der beyden Junckeren unvertheilten Waldungen gefolget, von denen Inwohnern für ihre schuldige Fastnachts Henne aufgescheitet, und bis an Mayn geliefert werden muß.* [16] Enunciata hæc clara & perspicua, unico illo argumento, quod Communitatem Græffendorffensem qua tertios non feriunt, concurrentibus imprimis aliis & ex asse inter se & cum illis convenientibus circumstantiis, evertere velle, leve nimis videtur, ut illi adstipulari possim.

§. 13.

Sed ut hæcce elabendi occasio Impetrantibus adimatur, adsunt elogia Testium, ad quæ ipsi 1686. provocabant & inscuta propria illorum confessio, quibus itaque nihil jure reponi potest. Quem enim Extractum Protocolli Herbipoli 1686. habiti [6] exhibuerunt, docet, quod ad examen quoddam ad perpetuam rei memoriam Anno 1601. habitum, provocarint & fundamentum Exceptionis in eo posuerint. Testes vero eo tempore examinati partim fuere Incolæ Græffendorffenses, parim vero extranei, uniformiter vero responderunt: *Die Wälder zu Græffendorff wären eines Erb, Obley-Herrn Eigenthum, des Wassers und Waldes Heeg und*

und Laub seye ihm von Schultheiß und Schöffen zugetheilet worden [24]. Ipsa vero Actorum confessio tum ex protocollo modo allegato, quam ex alio ab ipsis Herbipoli exhibito scripto luculenter admodum patet: Illi enim in praesentia eorum Advocati dicunt: Sie gestehen, daß dem Hospital (quod loco Nobilium a Thüngen partim, partim vero jure proprio Pagum Græffendorff tunc possidebat) der Grund und Boden des Walds zustehe, jedoch mit dem Onere, daß der Gemeinde darinn das jus lignandi um einen gewissen determinirten Zins, welcher nicht zu erhöhen, oder zu vermindern, gelassen werde [25]. Clarius adhuc in Replicis 1689. Herbipoli exhibitis Dominium & proprietatem Sylvarum Xenodochio Julienti distribuunt verbis: und thut zur Sache nur ganz und gar nichts, daß man dem Hospital unseres Orths das Dominium auf dem Grund und Boden des Waldes ganz gern zuständig, dann es ja nichts neues ist, daß man auf einem fremden territorio & fundo das Jus praescriptum servitutis acquireret und erlangt habe [35]. Vanus ergo est Impetrantium conatus, quando confessiones & declarationes haec, imo & Instrumenta antiqua, die Weisthümer, nec non elogia Testium de juribus, Dominis qua eorum superioribus, competentibus & ex jure territoriali atque Jurisdictione forestali provenientibus intelligendas, vel potius ad ea detorquendas esse volunt. Clara nimis sunt verba, ut alium sensum, quam de Dominio & proprietate Sylvarum admittere possint, agunt enim de usu & dispositione lignorum, determinant, cui redditus exinde provenientes debeantur, & oblegio & Nobilibus de Thüngen utile adscribunt Dominium; imo perverfus inde exsurgeret sensus, si de effectibus Jurisdictionis forestalis intelligenda forent, cum de illa non sit, neque fuerit quaestio.

§. 14.

Si hinc ex Instrumentis antiquis & recentioribus pro Dominio & proprietate Sylvarum petitis argumentis adhuc addantur alia inartificialia dicta, ex statu Rusticorum antiquo, atque ex ipso jure, quod Impetrantes sibi arrogant, Emphyteuticario petita, Reorum Dominium Sylvarum extra omnes insultus positum esse judico. Eo ipso enim, dum jus quoddam Emphyteuticarium in Sylvis sibi tribuunt Actores, necesse est, ut alii Dominium superius directum, originarium, vel quo nomine illud designare velint, relinquunt. Et cui potius, quam ei, qui Dominus est Pagi ipsius & cui census, operas, Gallinas, aliosque redditus solvere & praestare debent? Illis vero, qui statum Rusticorum antiquum non ex juris Romani principiis, sed ex juris Germanici scitis & consuetudinibus tradere

eradere operam impenderunt, notum est, quod Rustici per Germaniam fere omnes servilis fuerint conditionis, qui nihil proprii præter animalia quædam rei pecuariae & agriculturæ necessaria & parvam suppellectilem habuerunt, omnia vero gratiæ Dominorum accepta tulerint. Tantum ergo abest, Sylvas non exiguæ magnitudinis ad rusticam Plebem, si-ve singulatim, si-ve per Univerſitatem consideretur, pertinuisse, ut potius Domus, quam inhabitabat & agri, quos colebat, Dominorum fuerint, a quibus pro lubitu expelli poterant. Dicti inde *arme Leuthe*, sub qua nam compellatione in Instrumentis supra allegatis, *denen Weißschütern*, Impetrantium nostrorum antecessores occurrunt. De iis ex professo egit Dr. Kopp in Schediasmate von *denen armen Männern*, genannt die *Petersling*, apud Kuchenbecker in Annal. Hals. coll. 9. n. 2. in specie §. 2. ubi dicit: *Dieser Nahme, arme Männer, arme Lude, war nicht allein in Hesse, der Wetterau, auf dem Vogelsberg und angränzenden Landen, sondern auch in Francken, Schwaben, Elsaß, der Pfalz und sonst hin und wieder der Bauerschaft ganz allein eigen, wodurch dieselbe von dem Bürger- und anderen Ständen distinguiert wurde, und zeigtete durchgehends ihre Leib- & Eigenschaft an* &c. add. Pottgieſer de statu servor. l. 1. c. 4. §. 17.

Successu temporum equidem eorum conditio lenior & remissior esse incepit & immobilia jure quodam Domini habere potuerunt, tamen ad agellos & prædiola quædam limitanda est ista mutatio & jure quodam perpetuo habendi facultas. Latius hanc rusticorum Conditionem antiquam illustrarunt & probarunt eximii Icti, qui studium historiæ & antiquitatum Germanicarum cum juris civilis prudentia conjunxerant, inter quos honoris causa nomino:

Pottgieſer de statu Servor. l. 2. c. 10. §. 1. 7. 9. 10. 11. 12.

Strube de jure Villicor. c. 2. §. 1.

Ludewig. de jur. Clientel. S. 3. c. 4. §. 6. not. de Kopp. l. c. t. 2. 3. 8.

Facile hinc colligitur negotio, pro Domino, quoties ei cum rusticis est agendum, stare præſumptionem Domini eo usque valituram, donec mutatio quædam debito & legitimo modo fuerit probata; In quibus locis talis mutatio contigerit, ea, quæ supra de Sylvis quibusdam condominii jure a rusticis quoque possessis adducta fuere, atque exempla ibidem allegata, nec non alia abunde docent; sed vel recentiorum sunt tempo-
rum,

rum, quæ jus antiquum & observantiam, quæ olim obtinuit, labefactare nequeunt, vel exceptionem continent, regulam ipsam, nisi Exceptio doceatur, firmantia.

§. 15.

Evidta hoc modo Sylvarum proprietate ad Dominos Pagi Græfferdorffensis spectante, necesse est, ut ex una parte effectus Domini regulariter ad reos pertinere censeantur, ex altera vero, ut jus, quod Impetrantes circa illas vel in illis per modum servitutis vel alio quodam jure, prætendunt, se per modum exceptionis habeat & ad ejus regulas examinandum sit. Ad effectus Domini itaque refero jus lignandi, adeoque arbores effæctas aut vi ventorum fractas vel dejectas sibi habendi, ligna in carbones redigendi & eradicandi arbores, Sylvam in agrum vel Pratum convertendi, itemque fructus omnes ex arboribus capiendi, glandes legendi, nec non pascendi pecora atque faginandi porcos. In Sylvis propriis enim Dominus hæc jura Domini libere regulariter exercet, atque adeo de proprietate pariter ac usu Sylvæ libere disponit, hinc lignationes, quasdam per modum servitutis aliis concedit, pastum Porcorum, die Eichel, Mast, aliis locat, pensionesque percipit & quæ sunt hujus generis alia.

vid. Kemmerich de jur. foresti Nobil. Immed. compet. subj. dis.
Heuseri de jur. gland. leg.

Hi Domini effectus sicuti regulariter proprietatem comitantur, ita ad reos quoque pertinere censentur, usque dum Actores exceptionem, & quod pariter quædam jura in iisdem habeant Sylvis, ostenderit. An itaque Impetrantes nostro in casu editione & probatione tituli defungi debeant, non levis est dubitatio, dum enim in possessione notoria centenariam superante, constituti, in eaque per Sententiam Judicis defensi sint, ex una parte videri posset, onus probandi in reos esse transferendum, ex altera vero natura actionis negatoriarum aliaque in actis passim a Partibus adductæ circumstantiæ obstare videntur.

Sequentes positiones forsitan aliquam lucem decisioni causæ inservientem afferre poterunt. a) Ea est actionis negatoriarum indoles, ut onus probandi in reum transferat, quamvis hic in possessione juris vel Servitutis, de qua contenditur, constitutus sit. Quæ pro asserenda hacce Thesi adduci solent rationes, illas non minus, quam dubia, quæ illi ex L. 15. de N. O. N. & L. 8. §. 3. ff. si servit. vind. &c. opponi solent, prætereo,

cum

cum passim illæ apud præstantissimos Ictos, quorum nomina collegit Hortius de quasi poss. prob. S. 2. §. 2. inveniatur, his vero plenissime satisfecerit idem l. cit. S. 2. §. 2.

add. Leyser. in Medit. Specim. 109. Med. 5. 6. ubi hanc Thesin ad alia jura, præter Servitutes, applicat & adversus dissentientes defendit.

Vid. quoque Berger. in Elect. discept. for. tit. 20. Obs. 1. n. 6.

Vbi in specie docet, quod quoties duæ concurrunt juris præsumptiones contrariæ, quarum una ex libertate humana ducatur, altera ex instituto humano, toties hæc illi cedat.

b) Quamvis Impetrantes ubique Possessorium Summariissimum crepent & semper protestentur, de non transiliendis ejus limitibus, tamen in prima Supplicia non modo possessionem immemoriam petitis substruxerunt, sed etiam in illa æque, ac in reliquis scriptis omnibus titulum possessioni suæ junxerunt, Jus sc. Emphyteuticum & Canonem annuum nomine eines *Waldgeldes*, solvendum. Vnde non modo ad probandam possessionem usus Sylvarum, sed etiam ad probandam possessionis ipsius qualitatem allegatam obstricti erant, idque eo magis

c) Quod Judicium Possessorium ordinarium, in quo juxta prædeducta ad minimum versamur, requirit, ut qualitas possessionis, seu quo jure Impetrantes Sylvas possideant & possidere velint, simul allegetur & probetur. Nuda enim Sylvarum possessio, quamvis cum solutione certæ annuæ pecuniæ conjuncta sit, non satis determinat ipsam possessionem, neque colligi inde potest, num animo sibi habendi, an vero nomine alterius in usu Sylvarum constituti sint, eoque gaudeant. Quotquot enim excogitari possunt modi sive tituli, quibus ligna quotannis cædi, illaque in proprium usum converti possunt, sive id fiat jure feudi, sive jure Emphyteusos, sive jure census, jure locationis, vel emtionis, vel denique jure precarii, omnes illi ad nudam possessionem Sylvarum si spectetur, applicari possunt, ex ista vero ad quæstionem in possessorio ordinario attendendam & decidendam, an scilicet in eo constitutus animo sibi habendi & titulo ad transferendum Dominium utile habili possideat, tuto inferri nequit. Requiritur ergo, ut ille, qui possessionem qualificatam sibi allegat, habendi actus possessorios exercuerit atque peregerit.

L. 23. ff. de V. vel V. p. L. f. ff. de itin. actuque.

Vti enim possessio rerum tam incorporalium, quam corporalium non acquiritur, nisi animo & corpore simul, licet solo animo retineri possit, ita & Possessio neque haberi, multo minus probari potest, nisi animo possidendi, nobisque habendi actus Possessionis peragamus. Animus vero possidendi probari debet, vel tituli, quo quis rem aliquam detineat, vel jure quodam utatur, allegatione, vel præsumtionibus, conjecturis, iudiciis, signis exterioribus, vel effectibus propriis.

vid. Thindan. de interd. in Comment. 28. §. 8. 9. sequ. 15. 16. 17.

Hinc nullo non negotio patet, quod Impetrantes supersedere nequeant, quia allegatum jus Emphyteuticum in iudicio Possessorio si non plene probent, ad minimum Iudici demonstrant, titulum huncce adesse & quotquot ab illis peracti fuerunt, actibus possessorii fundamentum præbuisse. Expectare itaque possent Rei, an & quousque Impetrantes defuncturi sint hac probatione, si vero & ipsi

d) Impetrantibus eorumque Possessionem non generalem modo, sed specialem qualitatem assignassent, per integra acta defendendo, quod Actores sint Emtores arborum quovis triennio erga certum atque determinatum pretium excisarum, quod proinde non jure proprio, sed nomine Reorum quotquot occurrunt, actus possessorios exercuerint, notum enim est, quod actor, si negatoriam actionem instituat, sed in terminis mere negatoriae non subsistat, verum possessioni adversarii qualitatem & quidem specialem attribuat, tunc ipse probationem istius qualitatis suscipere, neque illam in reum dejicere queat.

arg. c. 6. X. de inflit.

Faber lib. 3. tit. 24. def. 8. n. 6.

Carpzov. P. 2. Const. 41. def. 18.

Hert. l. c. p. m. 644. 645.

Leyser. Medit. ad Pand. Spec. 109. med. 9.

Huic e) addendum, quod si quis omnibus, quæ modo dicta sunt, neglectis vel insuper habitis statuere velit, ex possessione actorum centenariam superante, præsumtionem pro illis nisi legitime olim acquisiti juris Emphyteuticarii, tamen probatio reorum contraria eo ipso non sit exclusiva.

vid. Hert. l. c. S. 2. §. 3.

Quibus

Quibus omnibus pensitatis vix est, ut vel ab Actoribus tantum probatio juris Emphyteutici, vel a reis solum probatio, quod Actorum possessio sit vitiosa, alieno nomine continuata atque proinde non manutenda, exigi possit. Concurrentibus potius probationibus ab utraque parte adductis, quid valeant & quousque Thesi probandæ inserviant, expendendum erit, idque eo magis, dum si possessorium ordinarium incensum hicce venire statuamus, nil impediatur, quo minus utrumque possidere dicamus, in hunc sc. effectum, ut omnibus excussis is vincat, qui meliores & fortiores probationes attulerit.

§. 16.

Ad Impetrantium pro asserendo jure Emphyteutico argumenta itaque si descendamus, in limine hujus examinis notandum est, quod Impetrantes nullum contractum, nullam scripturam, unde de constituta Emphyteusi constare possit, allegaverint, nedum produxerint. Fundamentum tamen Emphyteusis est actus quidam inter vivos vel mortis causa, quo illa regulariter constituitur, & quam constitutam demum sequitur Jus Emphyteuticum, Emphyteuta in re Emphyteusi subjecta competens. Asserere equidem nolim, quod in nostro casu scriptura ad essentiam Emphyteuseos, cum de re Ecclesiastica, pio sc. Corpori debita, agitur, necessaria sit. Nam origo acquisitionis ab oblegio facta latet, proinde dici nequit, an præsupposito jure Emphyteutico, illud antiquius sit acquisitione Pagi ab Oblegio peracta, an vero hæc illi præcesserit.

In Thesi interim communior Ictorum Sententia asserit, ad Emphyteusin Ecclesiasticam requiri scripturam ejusque productionem, per

L. 1. C. de jur. Emphyteus. verb. scriptura interveniente &c.

Novell. 120. c. 6. verb. contractum fieri in scriptis &c.

Mev. p. 3. decis. 289. n. 2. ibique alleg.

Harppecht ad Instit. tit. de loc. cond. ad f. 3. n. 58. 59. 60. seq.

Quamvis itaque scripturam in nostro casu non desiderem, necesse tamen est, ut de constituta Emphyteusi constet. Non equidem nego, præscriptione Emphyteusin introduci posse, atque pro diversitate casuum vel 30. vel 40. annos ad illam constituendam sufficere, necesse tamen est, ut præscriptione usus se pro Emphyteuta gesserit, atque in hac qualitate Canonem præstiterit, Dominus vero eam pro tali agnoverit.

Struv. Synt. jur. Civ. XI. §. 64.

Voet. Comment. ad Pand. tit. si ager vectigal. §. 4.

Carpzov. defin. for. p. 2. const. 38. def. 15.

Hartm. Pift. l. 2. quæst. 49.

§. 17.

Deficiente ergo actu expresso ad constituendam Emphyteusin habili, omnia ad tacitum redeunt. Ad huncce eruendum vel ostendendum, conjecturas varias, facta, præsumptiones adductas invenio, de quibus singulis seorsim videndum. Et quidem adducitur primo possessio Impetrantium centenaria, & ultra, si circa istam aliquod subesset dubium, facile foret, illam ex antiquis pariter ac novis Instrumentis, ordinationibus sc. forestalibus, Apochis solutæ quovis triennio certæ pecuniæ summæ [62] [117] & rationibus Vniversitatis de pecuniâ ex venditione lignorum redacta [68] probare. Sed in se est certa possessio ista, neque a Reis negatur, expresse enim dicunt [155] f. 14. Die Herrschaft yehe keineswegs in Zweifel, ob derer impetrantischen Unterthanen Vorfahrer nicht verschiedene hundert Jahr in allen denen Waldungen qu. auf ganzer Gräffendorfer Marckung Holz gehauen, und aus selbigen Waldungen solches bekommen, weil dieses zu laugnen, contra notorietatem actorum lieffe. At ad probandum jus Emphyteuticum eo minus aliquid confert, quod juxta præallegata factum in se continet ambiguum, ad possessionem jure Emphyteutico competentem æque ac ad possessionem alio contractu suffultam vel ad nudam detentionem quadrans. Per se itaque jus Emphyteuticum non probat, neque alium in finem intentioni Impetrantium favet, quam ut præsumptionem quandam gignat, dominos per longum temporis spatium Impetrantibus usum Sylvarum jure legitimo destituti largituros vel relicturos non fuisse. Quamvis non desint circumstantiæ, quæ intermissæ a Dominis per tantum temporis tractum interpellationis vel mutationis probabiles reddant rationes. Ab initio enim sæculi superioris, & forsân ultra, perpetuæ inter possessores oblegii Würzburgensis & Nobiles de Thüngen, qua condominos Gräffendorffenses, circa jura uni alterive competentia fuerunt lites, quæ impedimento fuere, quo minus mutatio quædam in utilitatem quamvis Dominorum communem tendens, suscipi potuerit, cum ob animorum exacerbationem suffecerit, ab uno alterove illam proponi, ut rejecta fuerit. Secuta deinde oppignoratio cum Prochotrophio Herbipolensi iaita, & in qua omnis mutatio durante op-

pignora-

pignorationis contractu Creditori interdicta legitur. Accedit bellum tricennale Pagos & Villas subditis spolians & ubique fere Vastationem Provinciarum post se trahens. Vnde decrescente subditorum numero, non potuit non pretium lignorum simul minui adeo, ut Domini contenti esse debuerint, modo aliquod lucellum ex Sylvis capere potuerint.

§. 18.

Secundo loco allegant Impetrantes, quod Nobiles de Thüngen in binis ordinationibus iis 1555. præscriptis usum Sylvarum concesserint, & modum, quo illis uti debeant, determinaverint. Quæ in priori anno 1555. die Georgii publicata hac de re inveniuntur, sequentia sunt: §. 11. dicitur. Es ist ein alt Herkommen, daß kein Nachbar kein Riedel abhauen, der ein Schutz auf dem Stammem hat, ohne des Schultheiß wissen. §. 12. Item, wann ein Nachbar Riek will schlagen, soll er es thun, wann das Holz Pfal recht ist, welcher solches nicht hält, der soll 1. fl. geben zu büßen. §. 13. Item, es soll ein Riek einer Gerten breit seyn, und nicht breiter. Es soll auch keiner dem andern in sein Riek oder Zaun hauen, welcher es aber übertritt, soll geben 1. fl. zur Buß. §. 14. Item, es ist ein alt Herkommen, wo ein Wildschlag oder Affterschlag in Wäldern ist, soll solches Holz ein Nachbar nicht anders brauchen, dann zu Feuer-Holz, ob ein Baum umgefallen, der täglich war: Soll man den nicht vermuthwillen, ob ers nicht bedürft, kommt irgends ein anderer, der solche nothdürftig wäre, in seinem Nutz zu gebrauchen, §. 15. Item, welcher Nachbar im jungen Wald hauen würde, das ihm nicht zugestehet, und nicht Laub hat, der soll dem Nachbar geben 1. fl. zur Buß. §. 16. Item, welcher Nachbar wilde Bäume hat, der soll kein abhauen, und soll keiner kein Rirschen Baum abhauen, welcher ergriffen wird, der soll geben den Nachbarn 1. fl. zur Buß. [75] f. 2. 3. [82] f. 6. 7.

Atque hæc sunt Capita, quæ in priori Instrumento de Anno 1555. quoad nostrum objectum sancita vel disposita leguntur. Circa illa notari velim, a) quod neque in principio ejus, neque fine vel verbum extet, unde constare possit, hanc ordinationem uti vocatur, a Nobilibus de Thüngen factam, vel eorum jussu conscriptam, subditisque Græffendorffensibus promulgatam fuisse. Initium nil aliud prodit, quam foliis illis contineri statuta, ordinationes, atque antiquas consuetudines Pagi Græffendorffensis. Quis vero illas collegerit & quo jussu in formam illam redacta fuerint, ex ejus inspectione dici nequit. Imo si ex tenore singulorum, in specie vero ex dispositione, quæ multas omnes ipsi commu-

nitati, non vero ejus Dominis attribuit, judicandum foret, vix aliud dici posset, quam articulos singulos ab universitate ipsa collectos fuisse, multas ipsas vero non proprie dictarum mulctarum, sed pœnarum conventionalium rationem præ se ferre; eo minus hac de re dubitare licebit, quod in ordinatione eodem anno, post octiduum publicata, mutatio quædam contigit, quædam vero specialius determinata fuerunt, ut adeo prima ordinatione non alias allegari posse videatur, nisi quatenus in altera nulla mutatio appareat, interim cum Domini de Thüngen ipsi hanc ordinationem pro statutis ab iis confectis & promulgatis habeant, huic dubio amplius insistere nolo, potius

b) ipsum tenorem inspiciendo, nil minus invenio, quam Dispositionem circa Sylvas, earumque usum Impetrantibus liberum relictum fuisse. Nil aliud continent articuli isti, quam modum, quem in cædendis arbutis, arbusculisve levioribus, quas voce *Reidel & Ruck* intelligi contextus docet, observare debent rustici, cui superaddita prohibitio, ne arbores fructus ferentes Sylvestres cædantur, vel damnum uni alterive inferatur. An vero de lignis in agris, pratis, arcisve singulorum existentibus hæc intelligenda sint, an vero ad Sylvas majores hæc applicanda veniant, ex ipsis articulis disci nequit. Ad minimum de jure lignandi amplissimo adeo, quale nunc sibi arrogant Impetrantes, nec vola, nec vestigium extat, cujus tamen si unquam, certe in statutis istis, mentio facienda fuisset. Imo cum silentio hæc omnia prætereuntur, non adeo favorabilis de hocce jure fieri poterit interpretatio vel explicatio. Porro quo minus

c) Impetrantes aliquod præsidium exinde capere possunt facit, quod quæ in sæpe dictis articulis sancita leguntur, non minus locum habere possunt, sive qua Emphyteutæ, sive qua Emtores considerentur, utroque enim in casu per se patet, Rusticos ab omni illicita arborum subcissione abstinere debere. Vnde reos non ferit, quando

d) dispositum legitur f. II. quod Schulteti sit, permissionem dare cædendi arbores pede uno majores, quasi vero hoc innuat, Schultetum Vniversitatis nomine permissionem istam concedere, cum potius hoc loco qua officialis Dominorum de Thüngen considerandus veniat, quicquid itaque ab illo susceptum dicitur, non ab Vniversitate, sed a Dominis ipsis profectum & eorum nomine peractum est; sicuti hoc partim ex sequenti ordinatione patebit, partim vero ex supra adductis Instrumentis antiquis, denen *Weißthümleren*, jamdum constat, dicitur enim ibi: *Der Schultheiß hat Heeg und Laub von des Herren wegen.*

§. 19.

Alteram quod attinet ordinationem, promulgata dicitur anno 1555. 1. May, & confecta a Neidhardo Philippo, Weiprechto & Henrico a Thüngen proprio & agnatorum nomine sequentia in illa ratione usul disposita inveniuntur: tit. 1. von Bau Holz, nachdem ein grosse Verwüstung in den Hölzern geschieht, daraus Verderbung des Fleckens und gangger Abgang des Holzes erfolget, demnach will die Herrschaft, daß ferne kein Bau Holz, wozu das gehörig, hauen oder hauen lasse, es geschehe dann mit Bewilligung und Zulassung des gemeinen Schultheissen, Caspar Dittmars, Hansen Röbers und Enderers Truncken, welche uf Anzeige erkennen sollen, was ein jeder nothdürftig, darum von wegen ihrer Mühe von einem ganzen Bau ein halber Gulden, von einer Scheuer 2. Pfund, ein geringer Bau 1. Pfund, und von einem einzelen Stamm 3. Pfennig ihm gereicht werden soll.

tit. 2. Von Reiffen: Die Reiff Stangen, sie seyen groß oder klein, sollen ganz und gar abzuhauen verbotten seyn, wo aber einer zu seiner Haushaltung Reiffstangen nothdürftig, soll er obbemeldten das anzeigen, die sollen ihm nach Nothdurft geben.

tit. 3. Von Brennholz: Das Brennholz soll von den benannten vier Männern ausgehen, und ein Ort, wo man das hauen soll, angezeigt werden, dabey es bleiben, und keiner an ander Ende ferne greiffen noch hauen, und sich alles Bauholz enthalten, weder Sibel noch Aeste davon hauen.

tit. 4. Es soll auch, dem alten Brauch nach, keiner, der eigene Fuhr, weiters Holz aufhauen, dann was er alleweil führen mag, läffet ers aber über Nacht draussen, hat ein anderer Nacht, das zu hohlen.

5) Die aber, so kein eigen Fuhr haben, mögen zwo Klaster Holz machen, und hauen lassen, welche ihnen behüt bleiben sollen, bis sie das herein tragen, darnach haben sie andere zwo Klaster wieder zu machen.

6) Bemeldte vier Männer sollen auch erkennen, wo man Laub hauen soll, dabey es bleiben, aber sonderlich soll in Wäldern das Laubholz verbotten seyn.

7) Es soll auch keiner in 3. Jahren in die Schläg oder Gang fahren, bey Straf 2. fl. einen dem Vogtherrn, und den andern der Gemeinde, und den, der ihn betritt und anzeigt, 1. Pfund | 2 | f. 2. 3. 4. | 8 | Lit. N. p. 9. 10.

1. Pfund explicatur per §. 5. in Francken §. 29.

Si omnia, quæ in prædictis articulis statuta dispositaque fuere, bene perpendantur, usum quendam Sylvarum subditis concessum vel relictum invenio, non vero jus lignandi, quale Impetrantes in præsentiarum sibi arrogant, plenum sc. & illimitatum Emphyteutico contractui innixum, sed & concessio isto, quantum ad ligna struendis erigendisque ædificiis infervientia, Bauholz spectat, ad necessaria & in quantum unusquisque eorum opus habiturus est, unice restrictus deprehenditur, neque subditis plena libertas, quovis in loco iis libuerit, illa cadendi concessa legitur, sed vel maxime requiritur, ut a Sculteto & quatuor Incolis a Nobilibus de Thüngen ad hoc electis & nominatis illa assignetur. Pari modo quæ sub nomine des Brennholz veniunt, ligna non solum ad necessitatem limitata, sed etiam a Sculteto & quatuor Incolis prædictis assignari, insuper quoque ex arboribus turbine dejectis, quod verbum *aushauen* indicat, tantum desumi debent. Quæ sane cum jure lignandi, de quo nunc est quæstio, non congruunt. Si enim Vniversitati Dominium quoddam utile in Sylvis prædictis competisset, illaque vigore illius Sylvas caduas omnes eo ordine, ut quovis decimo septimo vel vigesimo anno ad primam redeundum fuisset, cadendi, lignaque excisa vendendi jus habuisset certum & perfectum, non solum aliqualis ejus juris in modo nominatis ordinationibus mentio facta fuisset, imo fieri debuisset, sed etiam Domini de Thüngen usum lignorum neque ad certum locum, neque ad necessitatem Incolarum tantum, neque ad determinatum lignorum genus, neque ad modum, quem in illis evehendis adhibere deberent, neque ad certam quantitatem restringere, multo minus vero statuere potuissent, illa non aliter, quam prævia concessione & assignatione officialium Dominorum, cadenda esse. Nullum autem & ne minimum quidem vestigium juris cujusdam Emphyteutici & Canonis eapropter solvendi in modo nominatis ordinationibus occurrit, omnia potius plenam Nobilium a Thüngen Dominium circa Sylvas cum plena & liberrima in illis dispositione arguunt. Cum insuper Scultetus cum quatuor Incolis pro eorum officialibus habendi sint, necessario sequitur, quod quidquid ab iis susceptum vel peractum fuit, id nomine Dominorum, nullo modo nomine Vniversitatis, peractum fuerit. Ex singulis fere ordinationis Paragraphis hoc elucet, non solum enim denunciatio, sed etiam coercitio leviorum delictorum & excessuum illis concessa & remissa dicitur; nisi ergo statuere velimus, Scultetum cum quatuor Incolis, qui Judicium, *das Gericht*, constituerunt, nomine communitatis jurisdictionem exercuisse, necesse est, pro

pro officialibus Thüngenſium habeantur, qui eorum nomine quæcunque iis commiſſa leguntur, exercuerunt. Scrupulum omnem evellunt tam quæ in priori Paragrapho ex Instrumentis antiquis, denen Weisthümern, allegata fuere, tam §. 12. ordinationis ultimæ, ubi dicitur, quod ad observationem articulorum in ordinatione contentorum Scultetus & quatuor Incolæ juramento ſe obſtringere debeant Nobilibus de Thüngen, quæ eorum Dominis jurisdictionalibus, auch die Pflicht von ihnen von wegen des Vogtsherrn nehmen ſollen, damit vermöge der Artikel werde gehandelt.

Quodſi etiam concedatur, Incolis jus lignandi & quidem tale, quale ſibi aſſerunt & ab arbitrio Dominorum independens ſtatuunt, in ſæpius adductis ordinationibus conſeſſum eſſe, exinde tamen cauſa eorum non melior evadet, ſiquidem articuli ordinationis poſterioris omnes gratiæ & beneplacito Dominorum innituntur. Proinde revocabiles cenſendi ſunt. Ut hoc probetur, ad poteſtatem Dominorum, ſtatuta varia ordinationeſque condendi provocare poſſem, ſiquidem ex verbis præceptivis ordinationum, alte und löbliche Geſetze, ſo ihnen von ihrer Herrſchaft vorgeſchrieben und gegeben worden &c. Item, Es ſoll kein Nachbar &c. Item, Demnach will die Herrſchaft &c. ſatis patet, quod efficacia & virtus ordinationum non pacto aliquo, ſed vi Imperii unice nitatur, hinc vero neceſſario ſuit, quod ſicuti voluntas ſuperioris anima ſit legis poſitivæ, ita non ulterius, niſi qua ſuperior vult, vim obligandi habere poſſit. Aſt hiſ & aliis rationibus, quæ pro Dominorum poteſtate, leges, quas tulerunt, revocandi, adducuntur, inſiſtere nolo, cum ſufficiat, clauſulam mutandi & revocandi expreſſe adjectam eſſe t. 12. dictæ ordinationis, verbis: Welche (Artikel) gedachte Herrſchaft zu minderen und zu mehreren vorbehalten haben. [72] f. 4. [81] Lit. N. f. 12. Valor hujus clauſulæ eo tendit, ut quæcunque alias conſeſſa ſunt; a mero beneplacito concedentium pendeant & pro lubitu ab iis revocari poſſint.

Gail. l. 2. Obf. 60. n. 16. 17.

Myler ab Ehrenbach de Princip. & Stat. Imp. l. 2. c. 49. t. 10.

Mev. P. 5. dec. 229. 230.

Hert. de lege, Clauſula, ne abrogari poſſit, munita &c. S. 4. T. 3. Comment.

Sed ulterius adhuc progredior præſupponendo, hanc clauſulam articulis ſupra relatis neque adjectam eſſe, neque facultatem revocandi inferre, ſed Incolis & ſubditis plenum largiri lignandi jus, remaneret ta-

men quaestio, num Domini de Thüngen inconsulto Possessore oblegii Herbipolensis, qua condomino Græffendorffensi, jus adeo amplum concedere potuerint. Notum quidem est, praedictos de Thüngen praecipua quaedam jura, in specie jurisdictionem, die *Vogteslichkeit*, in Pago Græffendorffensi, excluso Possessore oblegii, sibi tribuere, proindeque *Voigts*, *herra* vocari, inde tamen non sequitur, quod pro lubitu & in praedictum condomini, cui tamen ad normam modo allegatorum Instrumentorum proprietas Sylvarum Græffendorffensium pro dimidio absque ullo dubio competit, circa illas disponere, earumque usum condomino restringere, limitare, vel adimere possint. Supra enim jam adductum fuit, jus foresti antiquis temporibus ultra proprias Sylvas Dominorum non fuisse productum, sed intra limites proprios sese continuisse, & quamvis in actis nostris & quidem in Duplicis *des Julier*, *Hospitals* ad istas ordinationes provocetur, [89] f. 15. 16. 17. expresse tamen dicitur, quod Nobilibus de Thüngen jus nullum fuerit, ordinationes illas isto invito conficiendi & quod propterea illi praedictum esse nequeat [89] f. 19. ut adeo ordinationes binæ Græffendorffenses Impetrantium intentioni pro asserendo jure lignandi illimitato, contractui Emphyteuticario subnexo, non faveant; negari tamen nequit, quod in illis usus quidem lignorum Incolis subditisque Pagi Græffendorffensis & quidem juxta propria Impetratorum asserta gratuitus, *ohnentgeltlich* [89] f. 19. 22. 24. 25. relictus sive concessus fuerit; ast quousque Impetrantes huncce praetendere valeant, de eo infra erit dicendi occasio. Hic tantum de jure lignandi illimitato ex Emphyteusi descendente solliciti sumus.

§. 20.

Vt tale jus sibi competere ostendant Actores, tertio loco ad Canonem uniformem per centum annos & ultra nomine *des Wald*, *Geldes*, solutum & in hanc usque diem continuatum provocant: dum de Canone uniformiter soluto verba facienda sunt, non de uniformitate absoluta, sed restrictiva ad naturam negotii illa intelligenda veniunt. Jus sc. Emphyteuticum plane irregulare sibi tribuunt Impetrantes & Canon, quem in ejus recognitionem solvunt, magis adhuc irregularis est. Siquidem pro ratione districtuum Sylvarum, quos quovis triennio cadere cupiunt, varius est & mutabilis, neque uniformis solutio aliter intelligi potest, quam quatenus ad districtus quosdam tractus & Sylvas sive montes restricta invenitur, ita ut quoties post certum annorum revolvendum numerum idem tractus excindi debeat, idem pro illo solvendus veniat Ca-

non. His ita præoccupatis & ostenso, quomodo ea, quæ de uniformitate Canonis dicta fuere, intelligenda sunt, notandum a) quod ista uniformitas tantopere laudata nequidem modo expresso per omnia probari possit. Exemplo sit districtus, die junge Hengsbach und Grätschlag nominatus, unde modo 30. floreni, modo 45. floreni, nec non Ober: Kuls must und Gengelbacher Lain pro quo respective 50. & 55. floreni soluti fuere $\frac{1}{16}$ Lit. D. $\frac{40}{62}$ $\frac{62}{117}$ Posita deinde uniformis Canonis solutione b) illa non aliter ad præsumendam Emphyteusin aliquid confert, quam si canon præstitus sit velut ab Emphyteuta, sive si solvens se talem gesserit; si enim annuam pensionem solverit, nec appareat mens solventis aut qualitas solvendi, non oriri poterit præsumtio ex actibus Emphyteusi non conformibus, cum potius præsumatur locatio, quam ista,

L. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor.

Mev. P. 3. dec. 289.

Carpz. P. 2. Const. 40. def. 2.

Non me latet, ICTos quosdam statuere, quod æqualis & uniformis ista solutio, si non jus quoddam reale & utile dominium transferat, ad minimum præsumtionem constitutæ olim Emphyteuseos gignat. Prior tamen opinio ut erronea merito a recentioribus rejicitur, quia ut censetur Emphyteusis constituta, non ex tempore æstimandum est, sed ex ipsa conventionione & ex eo quod agitur.

Sande Decis. Fris. l. 3. tit. 6. def. 10. n. 8.

Altera vero opinio juxta modo dicta omni dubio haud est exempta & si dubio omni careret, tamen secundum mentem eorum, qui illum tenent, non excludit probationem in contrarium, si sc. Dominus probare velit, non jure Emphyteuseos, sed alio jure, locationis puta, vel alio se annum illud recepisse.

Vid. Voet. Comment. ad Pand. tit. si ager vectig. t. 5.

Ergo Impetratis probatio contrarii seu quod alio jure, quam Emphyteutico, annuam receperint præstationem, denegari nequit. De qua cum ad tertium membrum dicendi dabitur occasio, eo usque differenda erit Epicrisis hujus rationis, præprimis cum vox, eines Waldgeldes, ubique occurrit & in antiquis pariter ac novis Instrumentis inveniatur, ejus vero significatio ex iis, quæ inter partes gesta sunt, petenda veniat. Interim non desunt momenta, quæ præter jus Emphyteuticum & illo

excluso, alias rationes easque non improbaliles suppeditare possunt uniformiter per tot annos soluta pecunia, in Calamitatibus sc. belli tricennalis, paucitate subditorum, per bellum insuper depauperatorum, abundantia lignorum, occasione illa vendendi vero deficiente, perpetuis inter Nobiles de Thüngen, Ptochotrophium Würzburgense & Possessores oblegii diffidiis & secuto hinc contractu oppignorationis, adjectaque ei Clausula de nihil mutando, fundatas. Sed cum hac de re supra jam dictum sit, actum agere nolo, potius ad aliam ab Impetrantibus adductam praerogationem me converto.

§. 21.

Illam quarto loco ponunt in assignatione a Sculteto loci & quatuor Incolis semper facienda, atque necessaria adeo, ut non modo Ptochotrophium saepius allegatum propter quinque praedia, in ipso Pago olim forsitan possessa, jura communitatis ratione istorum quoties de cadendis dividendisque lignis quaestio incidit, totidem partes, *Nachbar Rechte*, assignante Schultesio receperit, sed etiam absque tali assignatione ne a Dominis quidem arbor caedi potuerit. Ut factum istud probent, cumulum attestatorum 120 121 122 123 129 130 usque 138 producunt, in se quidem factam a Schulteto nomine Communitatis assignationem continentium, non tamen omni exceptione majorum, neque per se relevantium. Primo enim a Schulteto ipso vel aliis Communitatis membris data expositaque, proinde ad probandum invalida sunt. Huc spectant illa, quae 120 121 122 exarata productaque fuere, deinde ista sicut omnia reliqua, mera sunt attestata, absque juramento, ullove alio judiciali robore munita, tertio de factis attestantur nimis generaliter & indeterminate, facta ipsa vero, quae continent, tempore processus, partim in Camera introducti, partim coram Regimine Herbipolensi post Annum 1687. pendente contigerunt, proinde ad probandum eo minus relevantia, quo Communitas Graeffendorffensis in possessione nuda juris lignandi, qualis ea tempore Decreti Herbipolensis de Anno 1687. fuit, permanere debuit; huc referenda sunt ea, quae 127 128 129 130 131 133 134 135 136 137 138 actis juncta deprehenduntur, sicuti cujusque tenor & inspectio docebunt: quamvis itaque Ecclesiae Ministro aliisque in partem salarii eandem ex Sylvis ratam, quam cuivis Incolae assignaverint, quamvis etiam ipsi Ptochotrophio quinque partes sive ratas, suis *Nachbar Rechte* reliquerint, ad praesentem quaestionem tamen nihil conferunt ista, partim enim post sententiam Anni 1687. haec contigerunt, partim vero necesse erat, ut Ptochotrophium pro

pro numero prædiorum, quæ forsitan acquisiverat, juribus ad ista pertinentibus uteretur. Ex quo enim Anno 1687. possessio juris lignandi Communitati adjudicata fuit, ab illorum stetit arbitrio, quo vellent modo in usu Sylvarum versari & quos in partem usus admittendos esse censuerint. Exinde autem ad statum, qui fuit ante annum 1687. de quo præcipue nobis sermo est, argumentum duci non potest.

Quarto attestata ipsa si inspiciantur, nihil aliud dicunt, quam quod ligna, quoties ea cædi necesse fuerit, a Sculteto & quatuor ad hunc actum constitutis Incolis fuerint assignata, nemine ex parte Magistratus ad hanc assignationem vel vocato vel comparente. Quæ enim quibusdam Testimoniis de proprietate Sylvarum ad Communitatem Græffendorffensem spectante passim immiscentur, æque pauca ad probationem aliquid conferunt, ac gemitus & exclamationes Ludimagistri Græffendorffensis, risum vel misericordiam tantum excitare valentes [131] ipsum factum assignationis vero, quod concernit, omnem argumenti, quod exinde pro juribus Impetrantis deduci vult, vim infringi necesse est, ex quo certum & supra ostensum est, quod Scultetus officialis sit Nobilium de Thüngen, quod eorum nomine inspectionem Sylvarum & dispositionem circa illas habeat, Heeg und Laub ist des Schultheiß von des Herrn wegen, quod ei juramento speciali, dem Dienst-Eyd, sit obstrictus & quod, qui ei adjuncti sunt Incolæ, pari juramenti vinculo teneantur. Quicquid ergo agunt, Dominorum nomine agere censentur eo usque, donec contrarium ostensum probatumque fuit, idque eo magis, quod ipsi in prima Herbipoli Anno 1686. exhibita supplica expresse dicantur fateri, assignationem iis semper a Dominis factam fuisse, daß ihnen jedesmahl von Herrschaft wegen ein Stück Wald angewiesen worden, hæc confessio de statu, qui fuit ante Sententiam Anno 1687. testatur, inde attestatis omnibus in contrarium productis præponderat. Sive autem per Scultetos sive per proprios saltuarios Domini ligna assignaverint, perinde erit. Nescio an non ipsum [138] productum attestatum hanc Thesin confirmet. Dicitur enim, quod Scultetus in districtu dem hohen Buchwald, ante 57. annos arbores quasdam vendiderit, nisi enim Scultetus, qua officialis hic processerit, limites officii plane transfiliit, siquidem juxta propria Actorum asserta in illo districtu nunquam jus cædendi arbores, illasque vendendi sibi assenserunt Impetrantes. Vnde fateri debent Actores, quod Scultetus ex Sylva, quam Dominorum suorum esse non negant, ausu temerario plane arbores vendiderit, vel largiri debent, quod in qualitate officialis Magistratus versatus semper fuerit.

Nec desunt quinto Exempla tam recentiora, quam antiqua, quod Ptochotrophium Würzburgense per proprios Saltuarios, forestarios & Venatores nulla Sculteti aliusve assignatione præcedente, ligna quævis cædi curaverit 96 151. Prætereo nunc alia Exempla, quæ docent, modo dictum Ptochotrophium in cædendis lignis quibusvis grassatum adeo fuisse, ut quarelis subditorum ansam dederit; prætereo ista utpote ad membrum tertium pertinentia. Si interim largiatur, volente & dirigente Sculteto arbores cædendas fuisse, factum istud sexto non patrocinarer Impetrantibus; ambiguum enim foret & æque locum haberet, si jure Emphyteutico vel titulo locati emtive usum lignorum habuissent Impetrantes. Per locationem siquidem vel emtionem non minus Domini lignorum quovis triennio cædendorum facti fuissent, quam si jure quodam Domini utilis illa cædi curassent. Vnde illis non minus priori, quam hocce casu, intererat, ne iis invitis a quocunque illorum, Dominis nequidem exceptis, ligna cæderentur, utroque enim in casu in illorum damnum & præjudicium usus ille cessisset. Parum ergo illos juvat assignatio a Sculteto & assistentibus ei Pagi quibusdam rusticis facienda.

§. 22.

Alia sibi adhuc arrogant in istis Sylvis jura Impetrantes, visitationem sc. limitum cum vicinis, participationem quandam mulctarum forestalium & jus pascendi in illis & faginandi porcos, *Huth und Mastung*. Vnde quinto loco ad jus lignandi illimitatum juxta normam sæpius expositam argumentum ducunt. Verum si omnia ita, uti profertur, se haberent & Impetrantes jura illa in dictis Sylvis proprio nomine exercerent, ad jus tamen lignandi illimitatum illatio non procederet, a diversis enim ad diversa argumentum duceretur. Non enim ex uno eodemque, sed ex diverso plane fonte jura illa descendunt. Siquidem si visitatio limitum territorialium, *die Begehung der Grenzen*, in censum hic venit, effectus erit superioritatis, quæ in terris Nobilium Imperii immediatorum, qualis est Pagus Græffendorffensis, ab iis semper, quibus reliqua jura supremæ Potestatis exercendi facultas competit, expedienda est. Inspiciatur Instrumentum anni 1494. *Thüngischer Bezirck Brief 11*, Lit. DD. & de Praxi hujus asserti constabit. Si vero de conservandis terminis peculiaribus & specialibus Pagi Græffendorff aliorumque Pagorum quæstio adfuit, consensu & auctoritate Magistratus, qui iis præest, sicuti illi constitui, ita & visitari debent.

Quocunque ergo modo consideretur visitatio ista, ad scopum Impetrantium parum faciet, quamvis enim ponatur, quod proprietas & Dominium utile ad Actores sine dubio pertineat, Dominis tamen visitationem limitum, sive qua effectum superioritatis, sive ut effectum juris Magistratus, denegare non potuerunt; imo si ex visitatione ista ad Dominium Marce Gräffendorffensis & omnium, quæ intra ejus terminos continentur, argumentum ducere velimus, sequeretur, quod omnia, quæ in Marca Pagi Schunderfeld territorii Herbipoleasis sita sunt, pariter ad istum Pagum dominiotenus pertinerent, quod cum nimis probaret, nihil probat.

Eadem est ratio mulctarum forestalium, quas a jurisdictione forestali pendere & nemini, nisi qui illa gaudeat, competere posse extra dubium positum esse reor. Hanc vero Reis negare non audent Actores, potius expressis verbis illam iis tribuunt: per se ergo patet, aliam debere esse harum mulctarum rationem, & quidem particularem, nec ex Dominio quodam, nedum utili, descendente. Idem dicendum de jure pacendi & saginandi Porcos, cum ex jure lignandi non descendat, neque cum illo sit sua natura conjunctum. Quamvis ergo supponatur, Impetrantibus illud debere, ex jure lignandi non descenderet, neque hoc ex illo, sed quodvis peculiare deberet habere fundamentum, peculiare rationes & effectus.

Si porro penitius investigentur, quæ circa hæc jura allegarunt Impetrantes, patebit, quoad visitationes limitum, imperfectum plane juxta propriam Descriptionem, quam Impetrantes libro, dem Dorf und Gerichts-Buch inseruerunt [20] fuisse negotium Anno 1656. susceptum, cum ex illa non constet, quo auctore, quibus presentibus & in quem finem fuerit peracta visitatio ista, imo cum videatur inter Incolas Pagorum Gräffendorff, Schunderfeld & Burg Sinna peractam fuisse, privatam illam haberem in hunc finem institutam, ut Incolæ trium pagorum notitiam lapidum terminalium habeant & ut certi sint, omnes debito adhuc loco positos, neque remotos esse; suscipere poterant hanc visitationem & inspectionem terminorum qua Proprietarii & Domini agrorum, Pratorum, aliorumve fundorum intra districtum sive Marcam Gräffendorffensem, die Gräffendorffer Markung, sitorum, ad proprietatem tamen Sylvarum, nisi de ista aliunde constet, exinde eo minus argumentari possumus, quo omnes alias Sylvæ, quotquot intra tractum illum

inve-

inveniuntur, ad communicatam istam pertinere, cum tamen ipsa fateatur, dari ibi Sylvas, quarum plenum Dominium Impetrantibus competit. Nimis ergo hocce probaret argumentum, proinde ut ulterius illi insistam, eo minus necessarium, quo altera, quæ adducitur, visitatio terminorum, *Sanctiburg*, Anno 1725. facta presentibus officialibus, Veneratoribus & juratis agrimensoribus juxta propria Impetrantium asserta, peracta dicatur 67 non dubitandum itaque, quin prior quoque auspiciis & sub directione Magistratus fuerit suscepta, præsertim cum juxta annotata libri Judicialis, *dem Dorf, und Gerichts, Buch*, inter officiales a Nobilibus de Thüngen constitutos juramentoque obstrictos inveniatur lapidum finalium positores, *Steinseker* 72 f. 10. Quæ ratio sit mulctarum forestalium, quarum participes quodammodo reddiderunt Ruricolæ Græffendorffenses eorum Domini, ex ordinationibus sæpius allegatis disci potest. Non solum enim pars mulctarum forestalium, sed reliquarum etiam iis relicta legitur. Sic in priori ordinatione §. fin. statuitur, quod is, qui prædictis articulis ullo modo contravenerit, Incolis, *denen Nachbarn*, mulctam unius floreni solvere debeat. Juxta art. 12. secundæ ordinationis mulcta unius floreni inter Dominos & Incolas dividendi illis, qui ultra horam statutam Popinis & cauponis assident, irrogatur. §. 16. Blasphemix prima vice commissæ pœnam Pecuniariam pariter inter Magistratum & Vniversitatem dividi vult 72.

Nisi ergo dicere velimus, quod Vniversitas Græffendorffensis per partem mulctarum a Dominis ei concessam, ipsius jurisdictionis civilis per integrum Pagum Particeps facta, in ejusque Consortium admissa fuerit, nil ipsi proderit, quod mulctarum forestalium compendia illi pro dimidia sint relicta, imo cum juxta supra adducta omnia gratiæ & benevolentix proprii Magistratus debeat, & hic facultatem addendi & mutandi sibi reservaverit, ratio harum mulctarum sibi constat, neque aliam illam esse patet, quam proemium quoddam a libera concessione Dominorum pendens & eum in finem relictum, ut eo alacriores & promtiores in perquirendis, investigandis & denunciandis contravenientibus reddantur reliqui. Nec melioris notæ sunt, quæ de jure pascendi atque saginandi porcos adducta fuere, quæ enim ratio sit hujus juris, ex actis hauriri nequit, cum partes hæc de re vel nihil egerint, in nudis ergo allegatis consistunt dicta, quorum probatio, si illatio exinde deducta aliquid relevaret, exigenda foret. Ast cum supra jamdum ostensum sit, quod posita etiam hujus juris validitate & firmitate, ad jus lignandi plenum & illimitatum

tatum tamen argumentum exinde necesse non posset, mitto hocce, ut & reliqua, quæ pro afferendo jure isto adducta fuere, usus Sylvarum plenioris indicia.

§. 23.

Ex his omnibus titulum præsumtum oriri & præscriptione se munitos esse, sexto loco contendunt Impetrantes. Non nego equidem, ex antiquitate temporis, longæva possessione & uniformi pecuniæ præstatione quandoque titulum legitimum constitui & translati juris Emphyteutici colligi, imo & præscriptione ipsa constitui posse. Verum illi tantum actus præsumtionem pariunt, qui ita sunt comparati, ut aliter facti non sint, nec fieri possint, quam in ea qualitate, quæ ex actibus istis facere debet titulum.

Mev. P. 3. Decif. 289. n. 4.

Quotiescunque ergo actus illi ad titulum illum relationem istam necessario non habent, per se patet, quod ad præsumtionem tituli exinde eruendam nil conferant. Sæpius vero supra jam inculcatum fuit, iterumque repetendum est, quod actus sive circumstantiæ quotquot adductæ fuere, ambiguae sint & æquivocæ, ad locationem conductionem, vel contractum Emptionis venditionis lignorum æque, ac ad jus Emphyteuticum quadrantes. Imo cum in eo cardo totius quæstionis versetur, num longæva & quodam modo uniformis solutio certæ pecuniæ summæ pro Emptionis pretio, vel pro Canone habenda sit, necesse est, ut ejus natura aliunde, quam ex ipsa illa solutione peti & probari debeat, nisi principium petere velimus. Non urgebo, quæ pro explicanda vera annuæ præstationis pecuniariæ indole ex parte Impetratorum adducta inveniuntur, cum eorum consideratio & enodatio ad sequens remissa sit membrum, certum tamen est, quod plura obstant, quæ impediunt, quo minus pro Emphyteusi præsumi possit; non extat enim scriptura, unde de contractu appareat, quam tamen in Emphyteusi rei Ecclesiasticæ ex Novella Justiniani 120. c. 6. necessario requiri plurimi statuunt Icti, hujus vero quoties pro solennitate necessaria habetur, ex cursu temporis non semper fiat præsumtio, porro qui in amplissimis Sylvis consistunt, ita non sunt comparati, ut Emphyteusis juxta naturam suam in iis fuerit necessaria; Est enim ille contractus proprie agrorum vel fundorum sterilium, quorum non est magnus neque certus redditus. Alia plane est ratio Sylvarum quæstionis, utpote quæ neque culturam desiderant, neque redditum pro-

ducunt incertum, præprimis cum non ea intentione, ut ad culturam redigantur fundi, sed ut juxta naturam Sylvarum cæduarum iis utantur actores, concessa sint. Quibus positis, non difficile erit judicatu, quid de adducta præscriptione statuendum sit. Quomodo comparata debeat esse hoc in casu præscriptio supra dictum ostensumque fuit, necesse esse, ut præscribens qua Emphyteuta possederit & in hac qualitate præscripserit. Nuda possessio vel detentio, quia actus & æquivocus & qui petit, id quod est in principio, præscriptionem non exhaurit, neque ei prodest. Expendatur modo natura præscriptionis feudalis & res omni dubio carebit. Ad hoc enim, ut aliquis Dominium directum acquirat, requiritur, ut possideat rem per tempus 30. annorum sub qualitate feudali, quæ inducitur, si quis ratione rei Dominium recognoscat, ipsique id admittenti fidelitatem exhibeat, servitia sc. saltem offerendo.

2. feud. 26. §. si quis &c. verb. ut feudum possedit & servitium Domino exhibuit &c.

2. feud. 33. verb. possessionem fundi feudi nomine &c. beneficio nomine aliquo tempore tenuit &c.

Struv. S. J. F. c. 8. aph. 12. n. 3.

Horn. Jurispr. feud.

Applicantur ista ad contractum Emphyteuticarium, ad quem a feudo valet argumentum, quando eadem subest ratio,

Struv. Observ. feud. ad Cap. 3. p. 16. n. 2.

& patebit, quod sicuti Dominium utile a Vasallo præscribi nequeat, nisi feudum in qualitate feudali per tempus lege definitum possederit, pariter nec Emphyteuta Dominium utile præscriptione acquirere possit, si non in qualitate Emphyteutica, sive qua Emphyteuta fundos, de quibus quæstio exsurgit, tenuerit atque possederit.

Vid. Struv. Voet. Carpzov. & Hartm. Piff. supra t. 16. f. alleg. add. Menoch. de præsumt. l. 3. præf. 108.

Si nunc omnia, quæ in actis prolixè satis & non absque tædio sæpius disputata sunt, penitus inspiciantur, ne umbra quidem apparebit assertæ unquam ex parte Impetrantium cujusdam qualitatis Emphyteuticæ ante annum 1687. Nullum extat vestigium vel levius, quod ante dictum annum Actores sive qua Emphyteuta se unquam gesserint, sive jus quoddam Emphyteuticum sibi asseruerint, sive Dominis plenum circa
Sylvas

Sylvas Dominium negaverint, vel indubium vocaverint. Prima hujus juris mentio occurrit in Anno 1687. quo Emphyteusin sibi deberi professi sunt. Exinde vero præscriptio eo minus inchoari, multo minus continuari potest, quo certius, quod Ptochotrophium Herbipolense illi statim contradixerit & lis desuper tam coram Regimine Herbipolensi, quam in Camera Imperiali ex eo tempore continuata fuerit. Ad præscriptionem ergo ipsam continuata ab Anno 1687. in hunc usque diem possessio allegari nequit. Neque obstat, quod ante Annum 1687. Actoribus forsitan nulla lis ratione sæpius nominati juris lignandi mota & proinde allegatio tituli juris Emphyteutici sc. neque necessaria fuerit, neque fieri potuerit. In quantum enim nunc præscriptio in censum venit, sufficit, quod ante annum 1687. nulla qualitatibus Emphyteuticariæ occurrat mentio & quod proinde essentielle & substantiale præscriptionis requisitum, possessio scilicet Actorum qualificata & ad Emphyteusin respectum habens, hic deficiat.

§. 24.

Excussis hoc modo rationibus, quas Actores pro tuendo illimitato & Emphyteusi subnexo lignandi jure adduxerunt, ordinis supra expositi ratio postulat, ut & illæ, quas pro se allegavit pars Impetrata, sub eodem revocentur. Constituent istæ juxta ordinem supra stabilitum tertium hujus Relationis membrum. Variæ sunt atque diversæ neque unius generis, omnes vero eo tendunt, ut probetur, nomine des Waldgeldes comprehendi verum & proprie sic dictum pretium in Emptionis venditionis Contractu solvi solitum, ein Kaufgeld, proinde Actores veros esse lignorum Emtores, non vero Emphyteutas. Ad confessiones antiquas nomine der Weissthümer, jam allegatas primo loco iterum deveniendum est, siquidem mentio in illis fit Contractus Emptionis venditionis, quo interveniente Rustici Græssendorffenses a Dominis, eorumque superioribus ligna, quibus opus habuerunt, comparare debuerunt. Consona sunt, quæ in præallegatis Instrumentis antiquis hac de re inveniuntur. Dicitur enim: Ob die arme Leuthe des Waldes bedürfen und kaufen wollen, so soll der Schulteheiß und einer oder zwene mit ihme zu einem Herrn gehen, und ihn darum bitten, und soll ihme dann zu kaufen geben, nach Erkennnuß, die dann geschworen seyn an dem Gerichte zu Græssendorff |31. Vno ore Incolæ Græssendorffenses in antiquissimis, quæ extant, & quæ illa ab Anno 1485. ad annum usque 1525. infecuta sunt, Instrumentis de jure Dominorum in & circa Sylvas
Z 2
istas

istas confessiones suas edunt, e quibus id in specie notandum esse iudico, quod postquam in prioribus Dominium & proprietatem Sylvarum ad oblegium Herbipolense & Nobiles de Thüngen spectare declaraverint, in consequentiam istius Domini porro mentionem faciant status subditorum intuitu Sylvarum illarum, ubi occurrit contractus Emptionis venditionis bina vice expressus, occurrit pretium, iudicio illorum, qui iudicio assident, *derer Geschwornen am Gericht zu Gräffendorff*, determinandum, occurrunt denique preces desuper ad Dominum dirigendæ; originem & statum antiquissimum, qualis sæculo XV. jamdum se habuit jus lignandi, hæc ostendunt adeo clare, ut nulla explicatione vel interpretatione opus videantur habere. Et cum ad primum membrum ostensum fuerit, Instrumenta ista antiqua, *die Weisthümer*, ex confessione Incolarum & Rurensum de juribus & Dominorum & propriis attestantium robor omne accipere & nostris ab Actoribus neque in dubium vocentur, neque aliquid adsit, quod iis opponi valeat, merito ad supra deducta me refero, ne actum agere videar.

§. 25.

Nec minus secundo loco huc adducenda sunt Instrumenta, quorum ad primum membrum facta fuit mentio & in quibus titulus, quo usus lignorum Actoribus concessus legitur, occurrit. In libro censuali Neidhardi a Thüngen de Anno 1550. sequentia annotata esse, ejus Extractus [164] Lit. H. h. docet. item *das Stammeth in Wäldern (Stammgeld)* ist halb des Thunherra. Das andere halbe Theil Thüngisch. Item, so man die Wäld verkauft, ist der halbe Theil des Thunherra, das andere halbe Theil Thüngisch, wird getheilt wie das Stammeth. Vterius hæc explicantur in pactis divisoriiis Thüngianis de Anno 1577. posita ibi: ist Rubrica *Gräffendorff*, was die Junkern des Orths haben, und wie es getheilt seye, sequitur: item, das Gehölz ist der Junkern, wird jährlich den Nachbarn daraus verkauft. sub rubro: *Waldgeld*, legitur, was aus verkauftem Holz erlöset, daran hat der von *Lippenstein* den halben Theil [16] Lit. C. 1. f. 6. [17].

Ex libro censuali Nobilium de Thüngen de Anno 1595. sequentia huc pertinent: *Das Stammgeld in Wäldern* ist halb des Thunherra, und das andere halbe Theil unser von Thüngen. Item, so man die Wälder verkauft, ist das halbe Theil des Thunherra, das andere halbe Theil Thüngisch, wird getheilt, wie das Stammgeld. Item, so man die Wälder

der

der verkauft, ist's halbe des Dombherrn, und theilet sich das Thüngische Theil in 8. Theil, wie das Stammgeld 16 | Lit. C. 2. f. 7. | 17 |.

Ex actis coram Commissione Casarea olim productis huc spectat designatio bonorum & reddituum, ad Nobiles de Thüngen pertinentium Anno 1612. ab eorum officiali confecta. Dicitur ibidem: Holzschlag küssen, gehört halb der Obley, der andere halbe Theil den Junckern. Also wird auch das Holzgeld getheilet, da alleweg erst im dritten Jahr der Gemeinde ein Stück verkauft wird. Addita explicatione: zu merken, wie hoch und theuer die Edle und Beste von Thüngen, unsere gebietende und gönstige liebe Junckern, von vielen Jahren hero uns, derselben Unterthanen zu Gräffendorff, die darzu gehörige Wäld jedesmahl, wann sie hiebey erwachsen gewesen, in Gemeinde abzuhauen, und zu unserem besten Nutzen zu gebrauchen gegönnet haben. Sequitur hinc pecuniae summa determinata pro quovis tractu vel monte solvenda & convenit fere cum illa, quam Actores regulariter soliti fuere solvere 16 | Lit. D. f. 8. neque prætermittendum censeo Extractum relationis ab officiali Onoldino Anno 1627. Regimini quod Onoldini est, occasione permutationis inter oblegium Herbipolense & Nobiles de Thüngen perficiendæ transmissæ, prævia enim diligenti inquisitione in jura, quæ Incolis & Dominis Pagi Græffendorffensis competunt & ipsis Rurensibus desuper examinatis refert, daß sonst, wann von anderen Holz etwas abgegeben werde, wie alle drey Jahr gegen der Gemeinde allda geschehe, deme man einen Berg oder Stück pro 60. fl. mehr oder weniger käuflich überlasse, davon gebühre dem Herrn von Lichtenstein auch der halbe Theil, betrift Jahrs etwann 10. fl. und dergestalt kommet man mit dem Ausgeben des Holzes in 13. Jahren herum, daß es wieder um hiebig und man wieder vorne anfangen kan 16 | Lit. G. f. 13.

Conveniunt cum hisce Extractus rationum oblegii Herbipolensis ab Anno 1627. usque ad annum 1656. in quibus sub rubro: Einnahmgeld aus denen Wäldern, speciales districtus, qui quovis Triennio Incolis relicti vel concessi fuerunt, nominantur, cum additamento, quod pecunia inde redacta dimidium totius Pretii Emtionis venditionis confecerit: Vor ein Waldgeld 10. Item, Ist der ganze Kauf, altem Herkommen nach. In specie vero ex rationibus modo adductis patet, quod Ptochotrophium & oblegium Herbipolense non solum tractum quendam Sylvarum Incolis singulis annis excidendum venditionis jure reliquerint, verum etiam præter illos alia ligna cædi fecerint, illaque vendiderint, unde duplex ibi rubrum occurrit: Einnahmgeld von verkauften Eichbäumen

aus dem Gehölz oder Waldunaen zc. & porro: Cinnahungeld von denen Unterthanen aus denen Kaufholzern daselbst zc. | 40 |.

§. 26.

Contenta horum Instrumentorum clara & perspicua sunt, contra-ctum Emptionis venditionis non tantum nominant, sed & a voluntate Dominorum unice illum dependere innuunt, pretium insuper idque pro ratione temporis & circumstantiarum variabile, verum tamen hic adesse diferte docent, adeo ut & ipsi Actores nihil habeant, quod iis reponere valeant, nisi quod dicant, privatas esse scripturas, quæ adversus illos nihil probent & lignum, quod Incolis vendiderunt Domini, ex aliis & propriis eorum Sylvis forsan cæsum & depromptum fuisse. Verum quantum ad hanc objectionem attinet, ex inspectione | 16 | Lit. D. & | 40 | patet, illas ipsas partes Sylvarum sc. der junge Hengstbach und Geritzschlag, der Schafriz, Sommerleiden und fürder Kulmuh, die Ober Kulmuh und die Gengelpacher Fein, der Haueberg und Lindenforst, und endlich der Sommerhag und Strembusch, quas Actores juxta Extractum | 61 | | 67 | productum, sibi jure Emphyteutico deberi sustinent, easdem esse, quas excidendi facultatem Domini iis largiti sunt, imo quod magis, nullas alias designare valent, præter illas, quæ a Dominis in allegatis modo antiquis Documentis iis concessæ fuerunt, ut adeo ratione identitatis Sylvarum & Partium earundem nullum superesse possit dubium.

Melioris quodammodo notæ est altera a qualitate scripturæ privatæ desumpta objectio, eoque minus rejicienda prorsus, quo si solæ forent scripturæ istæ, non multum iis tribuendum esse fatendum foret. Ast cum partim inter se, partim cum confessionibus Actorum ex amussi conveniant, eoque tempore exaratae sint, quo nulla lis ratione juris lignandi mota erat, imo ne umbra quædam aliquando exorituræ contradictionis aderat, hinc nulla suspicio adsit, a Dominis reis, ut causæ suæ inserviant, vel ab eorum officialibus compositas esse, deinde certum sit, libros rationum ad jura Dominorum probanda, quatenus ab officialibus confecti & ordine conscripti sunt, semper plenam ad minimum probandi vim habere.

B. Dn. Assess. de Ludolff. T. I. Symph. X. p. 292.

præsertim si antiqui sint vel de facto quodam antiquo agant,

Wesfenbeck. Conf. 166. n. 47.

Hartm.

Hartm. Pistor. Obs. 159. n. 19.

fidem iis omnem detrahere nolo, statuo potius, quod, si denen alten **W**isthütern jungantur, intentio Reorum egregie iis confirmetur & reliquis exinde deducendis illationibus prætermiſſis, clare ostendant, quod actorum prædecessoribus ne per somnium quidem olim in mentem venerit, jus aliquod perpetuum seu Dominium utile circa Sylvas sibi arrogandi. Imò si omnis probandi vis iis adimenda foret, tamen ad verum sensum vocis, **Waldgeld**, inde eruendum idem conferre deberent, quod aliud instrumentum antiquum, explicationem des **Waldgelds** habens in hunc finem conduceret. Ex Instrumentis 16 Lit. C. 1. 17 & 40 exhibitis & quorum Extractus §. præcedenti adducti fuerunt, sole meridiano clarius patet, veram significationem vocis **Waldgeld** eam esse, qua pretium pro lignis venditis denotare statuitur, neque memini, in ullo instrumento antiquo, quorum permulta exhibita fuere, quoties explicatio des **Waldgeldes** exinde desumi potest, aliquid inveniri, unde aliam hujus vocis esse significationem colligi posset.

§. 27.

An huc tertio loco referendæ sint querelæ quorundam Incolarum ad oblegii possessorem Erhardum a Lichtenstein directæ & an pro intentione Reorum exinde aliquid, quod iis saveat, erui possit, definire non audeo, cum partim non constet, quo tempore prolatae sint, partim vero sensum non habeant perfectum, ut vera querelarum ratio exinde hauriri possit. Extractus earum 31 legendus (ad originalis exhibitionem fit oblatio 89 f. 28.) eo tenet, quod Incolarum vel Rurensium illi, qui **Hübner** vocantur, duplam recipiant lignorum quantitatem, quæ aliis Incolis **Sölner** nominatis conceditur. Mentio fit contractus Emtionis, quo ligna in Sylvis & nemoribus transferuntur & in tantum junctis reliquis Instrumentis alicujus est momenti, quod inde probari potest, Emtionem venditionem titulum constituisse adhuc initio sæculi XVII. (juxta 14 enim vixit eo tempore Erhardus a Lichtenstein) quo interveniente Incolis **Græffendorffensibus** jus cædendi ligna competiit.

§. 28.

Magis ad rem faciunt quanto alia a 28. Incolis **Græffendorffensibus**, illis sc., qui ad feudum Brandenburgense Thungiis concessum pertinent, ad Dominum directum Margravium Brandenburgensem Annis 1664. &

1665.

1665. delata Gravamina. Inveniuntur illa in fasciculo adjunctorum [83] producto Lit. O. P. & agnoscunt illa Actores nostri [11] f. 33. 48. 52. Non unius sint generis. Ad nostrum scopum pertinent illa, quæ ratione operarum indeterminatarum in quantum illæ cadendis & avehendis arboribus impenduntur & ratione usus Sylvarum vario modo restricti, imo adempti prolata fuere. Respectu prioris dicitur: Es lasse der Verwalter jährlich 200. bis 250. Reis Holz hauen, die wir in die Schunder werffen, hineinslößen, wieder herausnehmen, und in die Schiffe, doch alles gleich; falls ohne Lohn, einladen müßten, & respectu posterioris: werden wir mit dem Huth: Trieb und Blaume Besuch, sonderlich in den ungehegeten Waldungen, da Juner über die 1000. Morgen junger Schläg geheget werden, bis sie 3. Jahr werden, dermassen arretiret, daß wir in jene als zulässig bey Straf 10 fl. mittreiben dürfen; haben wir ehedoren aus denen Waldungen gutes Bauholz haben können, gegen über müssen wir auch den Schultheissen und die verordnete 4. Männer erst gegen Abtrag der Gebühr darum ersuchen, imo & quod magis principale, aus denen veröfifigten Waldungen solch Bauholz nehmen, so uns nit allezeit dien. noch annehmlich seyn mag, dawider auch das Gerichts Buch lauter ersagen thut, daß wann ein Wind, oder Affterfall sich eräugnet, ein, oder anderer Inquilinus Macht gehabt, dem umsonst aufzuarbeiten, womit er dann seinen proper Nutzen schaffen mögen, aber dießmahlen verkauft der Spitalische Vogt zu Windheim dergleichen Affterschläge ums Geld, und erzeucht uns dadurch ein Stück der gemeinen Gerechtigkeit [83] Lit. P. f. 22.

Confectaria, quæ ex hisce subditorum Gravaminibus naturaliter manant, eo sunt validiora, quo propriam eorum confessionem pro fundamento habent. Notari vero meretur, a) quod nullum jus lignandi illimitatum vi Domini utilis competens, sibi arrogent, cum tamen si unquam ejus mentionem fieri expediisset, illud in præsentiarum faciendum fuisset. Nullo enim modo Gravaminum fundamentum & justitiam validius probare potuissent, quam allegando, sibi jus esse Sylvis caduis pro lubitu & erga solutionem annui Canonicis utendi; hac ratione opus non fuisset, querelas ingeminare ob expressum operarum indeterminatarum, cum Dominis nequidem jus ullum, arbores cadendi competiisset, cum vero ad jus lignandi, quale nunc prætendunt, plane non provocaverint, justa & firma inde deducitur conclusio, quod tunc temporis illud ignotum iis fuerit. Hæc consequentia inde b) majus adhuc robur accipit, quod subditi in allegando fundamento juris, ad ordinationem libro judiciorum

judiciali, dem Gerichtsbuch, contentam iē referant, certo indicio, quod fundamentum præter istud non habuerint, quo jus suum tueri potuerint. Nec minus c) exinde patet, quod Ptochotrophium Herbipolense tuæ temporis in possessione plenaria, ratione Sylvarum dispositionis constitutum fuerit, in ejusque consequentiam ligna cædi curaverit, ingressum Sylvarum pascendi causa Incolis interdixerit, quæ vero ex arboribus ventorum vi dejectis præter necessaria Incolis subministrata, superfuerunt, vendi fecerit, nummosque inde redactos in proprios converterit usus; Juste, an injuste ista susceperit, ex precedentibus & subsequens patet, pro nunc sufficit, quod possessio Incolarum, quam magni adeo faciunt, vitio interruptionis & contradictionis non careat, proinde nec pro continua habenda sit, in specie vero d) cum utilis Domini effectibus plane non quadrat, quod officialis Würzburgensis singulis annis 200. vel 250. orgyas (Reisse oder Klafter) cædi fecerit. Si enim vel umbram juris Emphyteuticarii vel similis actores absque omni dubio habuissent, neque Domini usum illius cædendo quantitatem ingentem adeo intercepissent, neque subditi in illud consensissent.

Telo hocce se premi sentit Actorum Advocatus, unde omnem navat operam, ut illud evitet. In hunc finem sustinet, ligna hocce Ptochotrophio Würzburgensi pro illis quinque Partibus, quas in juribus Communitatis habet, Fünf Nachbarrechte, assignata, ut in Sylvis, quas fatentibus Actoribus jure pleni Domini præter nostras adhuc possident, cæsa non fuisse.

Sed hæc quidem dicuntur, non vero probantur, neque species ulla, quæ verisimilia illa reddat, adducitur. Potius omni similitudini adversatur, quod ob exiguas ratas singulis Rurensibus Græffendorffensibus distribuendas & assignandas quotannis 200. imo 250. orgyæ cædi potuerint, neque ad illum numerum ascendi poterit, quamvis supponatur, ex propriis Dominorum Sylvis reliqua desumpta fuisse ligna, cum Ichnographica designatio monstret, exiguas illas esse, neque inde numerum prædictum cædi, multo minus quovis anno inde desumi potuisse, desuper ad delineationem modo allegatam $\frac{92}{}$ & ad explicationem in Duplicis Würzburgensibus $\frac{89}{}$ fol. 9-12. relatam provocando.

§. 29.

Gravaminibus Incolarum modo excussis merito jungantur quinto illa, quæ ab iisdem Administratori Ptochotrophii sæpius nominati exhibita

dicuntur. Originale equidem non exhibitum fuit, neque annus & dies, quo productum fuit, Copiæ adscribuntur, in Duplicis tamen ex parte Ptochotrophii Herbipolensis actis junctis [89] f. 5. expresse dicitur, quod supplica ista Anno 1686. ejus præfecto fuerit exhibita, forsâ ut tollendo gravamina, ulteriori querelarum expositione supersedere possint. Ex vidimatione a Notario apposita etiam discimus, quod ex actis judicialibus Herbipolensibus fuerit depromptum. Ejus existentia ab Impetrantibus in dubium equidem vocatur [119] f. 6. Advocatus tamen totus in eo est, ut probationem, quæ inde deducitur, vi sua destituat. Nihil non intermittit, quo in alium sensum detorqueat verba, mea quidem opinione, expressa satis & clara [119] f. 6-12. diserte quippe dicitur, quod Domini soliti fuerint, certum districtum quovis anno pro æquali & certo pretio iis vendere, über hundert und mehr Jahren sey denen armen Gräffendorfer zum besten aus der Waldung daselbst ein gewisses Stück Holz und jedes mahliges Geleg seinen gemachten Tax und Kauf nach überlassen, und dar über nit gedruckt worden [91] & quamvis postea adjiciatur petatum: es bey dem alten Tax zu lassen, vel ipsa hæc verba ostendunt, incongrue ad jus perpetuum pleneque acquisitum exinde ab Impetrantium Advocato argumentari. Vnde si reliquæ Impetratorum rationes pro sufficientibus & concludentibus haberi non possent, ad editionem hujus supplicæ sententia ferenda foret. Interim ad aliud & sexto loco expendendum me convertito fundamentum.

§. 30.

Annotationem innuo, quæ folio 250. des Dorfbuchs inscripta fuit & quam in eodem non amplius esse statu, quo olim fuit, prolixa partium circa excisionem ipsius folii & inscriptionem alius, nec non circa falsum commissum institutæ disquisitiones ostendunt, quod enim rubrum folii antiquum, Verzeichnuß, wie zethero der Holzkauf beschehen zc. mutatum, in ejusque locum aliud, sc. Verzeichnuß, wie zethero das Waldgetd beschehen zc. substitutum fuisse perhibeatur, acta eorumque Extractus abunde docent: diversos modos legendi erga se invicem positos facisculus adjunctorum [83] Lit. S. p. 37. seq. silit. Ante omnia notari meretur, quod Actoribus nihil profit, quo unque modo legatur, cum uno casu non minus, quam alio scriptura maneat privata, quæ pro iis utpote scribentibus & qui omnia Dominorum jura in libro sæpius citato sibi adscribere potuissent, nil probet, e contrario vero contra eos validam subministret
coque

eoque validiorem probationem, quo clarius exinde natura & indoles negotii hauriri poterit. Duplex hicce se offert consideratio, prima an folium excisum & quæ ei inscripta fuit annotatio, in aliud postea transposita fuerit? & deinde posita ejus excisione, quanam lectio pro genuina habenda sit?

Quod folium aliquod olim numero ducentesimo quinquagesimo signatum dicto loco des Dorsbuchs fuerit excisum, evidentia rei, numerus foliorum interruptus, folium ipsum deficiens & denique propria Actorum confessio in actis passim obvia 111 f. 66. superflue testantur, ut non opus sit, iis immorari. Quod si nunc quaratur, quanam lectio pro vera & genuina habenda, alterique adeo preferenda sit, non dubito illam authenticam judicare, quam Rei sustinent. Sequentes me ad hancce sententiam amplectendam movent rationes.

a) Ex Copia a Notario Nothnagel 12. Jan. 1724. vidimata constat, quod eo tempore folium 250. nondum fuerit excisum & quod illo anno liber, das Dorsbuch, Communitati fuerit redditus. 72 76 81 Lit. N. Vnde sequitur, quod post istud demum tempus falsum fuerit commissum & cum mutatio in utilitatem Vniversitatis tendat, ab omni verosimilitudine alienum est, a Dominis de Thüngen vel eorum nomine fuisse peractam. Fabulam sapit, quæ Actorum Advocatus in 74 f. 3. 4. profert, non digna, quæ refutentur.

b) Eadem Copia vidimata modo adducta docet, quod ante corruptionem verba: *Verzeichnuß, wie das Kaufgeld bishero besehen ic. vera sint & genuina, in alia postea mutata.* Fidem hujus rei faciunt non modo ipsa Copia authentica, sed etiam depositio posterior Notarii Nothnagel, hæc omnia veritati consona esse, iterato attestantis 76 81 fol. 108. & aliæ depositiones juratæ binorum tum temporis Officialium Thüngensium, Secretarii Aufdieners & amanuensis Wirtings. Ad Requisitionem enim Reorum a Magistratu Civitatis Imperialis Schweinfurtensis sub cujus Domicilio & in cujus Servitio modo constituti sunt, summariter sub juramento asseruerunt: *Wie die Unterthanen zu Gräßendorff 1723. und 1724. mit dem Hochstift Würzburg wegen der neu publicirten Jagd Ordnung Prozesse bekommen, hätten sie ihr Dorf, und Gerichtsbuch dem Thüngischen Amtmann Galster unversiegelt in Verwahrung gegeben, bey dessen Perlustration hätte er (Aufdiener) mit demselben vieles, so ihrer Herrschaft künftig dienlich seyn können, darinn gefunden, dahero dasselbige zuerst durch den damaligen Schreiber Wirting solizien, hiernächst aber ein- und andere Extractus aus demselben, und unter solchen ins besondere das folium*

250. durch besagten Schreiber Wirsing machen; auch den Extractum des folii 250. durch den Notarium Nothnagel den 12ten Jan. 1724. vidimiren, nachhero aber das ganze Buch durch gedachten Wirsing und einen andren Thüngischen Schreiber, Namens Havel, abschreiben, und endlich dasselbe dem Gräffendorffer Schultheissen ganz und unversehrt wiederum zustellen lassen |83| sign. D. fol. 128 - 140. Addit modo citatus testis Aufdiener, librum, quem Communitas Gräffendorffensis |72| in Camera Imperiali produxerit & quem in praesentia Advocatorum & Lectoris Cameralis inspexerit, eundem esse cum illo, quem Anno 1723. & 1724. in manibus habuerit |82| fol. 134. Jurata est hac depositio, a duobus testibus, quorum unus omni exceptione est major, alter vero Dominorum a Thüngen Advocatum agit, in praesenti causa edita, clara adeo & perspicua, ut nihil ei deesse videatur, quam ut debito modo, solenniter ad articulos & interrogatoria coram Judice competente adhuc repetatur. Quod tamen concurrentibus aliis causae nostrae & negotii hujus in specie circumstantiis, accedente Notarii vidimantis subscriptione, ejusque speciali factae subscriptionis Testimonio necessarium non habeo, praeripis cum c) Stylus & Indoles Sermonis Germanici ostendant, quod modus loquendi, qualis in Copia ab Actoribus producta invenitur, cum illo plane non conveniat & mutatio ab homine imperito & Sermonis Germanici plane ignaro facta fuerit, siquidem de Canone Emphyteutico dici nequit, quomodo hucusque fuerit factus vel celebratus, wie er zeithero beschehen, de Contractu vero Emptionis venditionis haec dici possunt & in illum optime quadrat enunciatio ista. Aequè minus in Canonem Emphyteuticum quadrat vocula sive ibi obvia, germanico quippe Idiomatici repugnat usus illius, si de Canone perpetuo & irrevocabili sermo est, in Contractu Emptionis vero ad demonstrandum ejus pretium adhiberi solet. Quibus positis ad rem nihil faciunt d) actorum objectiones, quod sc. Nobilibus de Thüngen eorumque officialibus nullum jus fuerit, inspiciendi & describendi librum illum, quod proinde in deposito iis concedito, quod pro miserabili habent, non optima versati fuerint fide, neque legitimo modo contentorum ejus notitiam sibi paraverint, nam hic agitur tantum de rei veritate, & num folium saepe allegatum 250. verbum Kaufgeld continuerit & in Waldgeld temeraria manu mutatum fuerit, quod sufficienter probatum esse credo. Deinde nullum fere dubium, quin liber ille, das Gericht und Dorfbuch, si non ad subditos aequè ac Dominos pertineat, tamen ejus editio & Communicatio Dominis exigentibus denegari non poterit. Vitio ergo hinc verti non debet, quod occasionem illam inspiciendi

... videtur ipse Actus
... effectus ostendit
... non adversari
... librum
... in manus Dominorum
... non sit animus. Ce
... tui officio, neque
... non potius certum
... tamen & germanice
... Emptio venditio,
... non
... videtur de verum
... Dominorum & si
... vero intelligitur,
... in acquisitionem
... ad magis conferre
... & quae non
... Magisteria v
... Hinc agitur
... de expeditione
... et contractus sive
... in rebus movibilibus
... non sunt certae, sed
... de hinc Magisteria con
... est, quod certum relap
... pretio de Dominis sive
... non pertinetibus de
... quibus, magis ex Do
... plura videtur.

Hinc in primo
... obsequium Mandati
... vi Dominis vultis
... trones, nullo mo
... inveniunt numerum
... ulla contra ad
... eliga tunc magis

eiendi volentibus ipsis Actoribus nacti, illum describi curaverint, præprimis cum effectus ostenderit, quod absque Cautela hacce, probatione ex ipso penu adversariorum desumpta caruissent. Imo cum Univerſitas Græffendorffensis librum sæpius nominatum neque clausum, neque seratum in manus Dominorum tradiderit, ab ejus inspectione illos arcendi non iis fuit animus. Cessant ergo Actorum objectiones, quæ neque veritati officere, neque officialium Thüngensium fidem fugillare valent, manet potius certum, quod folium 250. fuerit adulteratum & cum juxta verum & genuinum legendi modum trina vice mentio fiat Contractus Emptionis venditionis, sc. *Holskauff* & *Diese zwey Stück im Kauff* &c. *ist der Kauff* &c. non leve est Instrumentum, quod Reorum intentioni inserviens & veram Indolem negotii per multos annos inter Magistratus Dominosque & subditos Græffendorffenses celebrati ostendens. Simul vero intelligitur, superfluum plane esse ulteriorem in Auctorem facinoris inquisitionem per Commissionem petitam expediendam, ad rem enim nil magis conferret, etiamsi sciremus, quis impiam manum adhibuerit, & quo anno id facinus commissum fuerit. Ulterior tamen inquisitio Magistratui ordinario expresse reservari poterit.

Huic argumento aliud jungo ex libro prædicto pariter depromptum & expendendum. Invenitur illud fol. 287. & indicat, quod 1672. in ordine cædendi Sylvas consensu Magistratus & Communitatis ideo facta fuerit quædam mutatio, quod Sylva, quam cædere animus fuerat, nondum fuerit cædua, ideoque ad alium annum remittenda necesse fuerit [64] dum Magistratus consensu opus fuit, illius quoque interfuisse necesse est, quod equidem respectu jurisdictionis forestalis æque ac ratione proprietatis & Domini Sylvarum contingere potuit, concurrentibus tamen aliis probationibus & in specie gravaminibus a subditis ante sexennium prolatis, magis ex Dominio Sylvarum, quam ex jurisdictione forestali profuixisse videtur.

§. 31.

Huic septimo loco facultatem Reorum, cædendi arbores in Sylvis, quæ objectum Mandati & processus nostri constituunt, annecto. Si illimitatum vi Domini utilis similisque competens jus cædendi ligna habuerunt Impetrantes, nullo modo cum illo conciliari potest facultas, in iisdem Sylvis ingentem numerum arborum cædendi, quam tamen Reos olim absque ulla contradictione exercuisse, acta docent. Non magni equidem facio

elogia testium, partim a Notario, partim a Judice extraneo examinato-

rum, eorum depositiones tamen eo redeunt, quod ante viginti, imò ante decem annos in Sylvis Græssendorffensibus pro lubitu & ad nudam præfecti Herbipolensis voluntatem atque in usum Ptochotrophii Juliensis non exigua arborum quantitas excisa fuerit, imò unus eorum expresse declarat, quod ligna ista in Sylva, dem Kulmuß, nostratium una, cæsa fuerint |96| |101|. Ad rem magis facit Extractus rationum prædicti Ptochotrophii, quas ab anno 1656. ad annum usque 1740. sistit |95| non solum enim ad mille, bis mille & ultra arbores & mensuræ, Klafter, ex Sylvis Græssendorffensibus depromptæ dicuntur, sed etiam ne dubium ullum super sit, an ex Sylvis vel districtibus Sylvarum, quos suos esse volunt, an vero ex illis, quas Dominis relinquunt, cæsa sint, sub Annis 1698. & 1699. locus in specie, unde Ptochotrophium illa desumerit, nominatur, (qui dicitur, der Hengstbach) verbis sequentibus:

1698. Aus der Hengstbach 400., als 200. 7. Schuhig und 200. 4. Schuhiges Rahm. Holz u. 1699. Rahm. Holz und Bettstollen aus der Hengstbach, 5000. 7. und 4. Schuhige Rahm. Holz, und 500. Bettstollen, sind vor das Spital gemacht worden. |95|

In quantum ergo usus Sylvarum, quem Rei retinuerunt, juri Impetrantium Emphyteutico contrariatur, in tantum amice conspirat cum juri-
bus Impetratorum.

Neque Impetrantes jurat, quod hæc ligna Dominos a Communitate desuper requisita, accepisse dicat; quæ enim in hunc finem producta sunt attestata |120| |121| testimonia continent sculteti Græssendorffensis, quæ nullam merentur fidem. Deinde quamvis concederetur, quandoque Dominis a Communitate relictas fuisse arbores quasdam, sine dubio non in istum finem, ut illæ aliis iterum vendantur, sed ut in proprios convertantur usus, concessæ fuerunt. Ast cum mentio harum sit in designatione reddituum & rationibus, denen Græssendorffer Rechnungen, nihil relevat Actorum objectio.

§. 32.

Sed gravius Actores adhuc octavo loco pungit attestatum a Corpore Nobilitatis Franconicæ, Rhön und Werra, 10. Novembr. 1738. exaratum, utpote quod docet, Rurenfes Græssendorffenses in revisione & rectificatione Matriculæ Equestris auctoritate Cæsarea suscepta, in designatione fundorum Collectis subjectorum ne unius quidem Sylvæ mentionem fecisse, proinde illam Collectis onerari & Catastro fundorum collecta-

lectabilium Equestri inseri non curasse. Sie hätten von einer ihnen eigentümlich zustehenden Waldung nichts angezeigt, und daher dergleichen bishero nicht versteuert |18| Lit. I. Ex indole tamen fundorum, agrorum, nemorum ad Vniversitatem vel ad singulos cujusvis Communitatis pertinentium patet, quod fundi illi sine distinctione Collectis regulariter sint subjecti, nec intersit jure pleai Domini vel Emphyteuseos ad unum vel alterum spectent, sicuti ergo ex solutione onerum & Collectarum ad Dominium eorum, qui onera solvunt, recte colligitur, ita ex omnia census & collectarum solutione non minus valide ad defectum proprietatis argumentum duci potest, præprimis, si alia ratio intermissæ possessionis & solutionis adduci potest. Hæc in nostro casu foret, quod Sylvæ istæ sint bona Equestria ab omnibus Collectis libera & ad Nobiles de Thüngen pleno proprietatis jure pertinentia, nec ullo modo bonis Rusticorum collectis obnoxiiis adscripta vel adscribenda. Quod hæc sit Collectarum & fundorum, quibus illæ inhaerent, Indoles, Actores æque parum negare ausi sunt, ac veritatem contentorum attestati Equestri modo allegati in dubium vocare potuerunt. Quæ hic reponunt, vix digna sunt, quæ adducantur. Plures dari fundos & agros dicunt in se quidem oneribus subjectos, Catastro Equestri tamen non inscriptos. Ast probatio asserti merito eoque magis desideratur, quo auctoritate Cæsarea Matricula Equestris de novo fuit revisa & examinata, neque probabile videatur, ingentem & ad 1600. Jugerum ascendentem districtum |155| fol. 171. diligentia & perspicacia Revisorum effugere potuisse. Vnde quavis accidat, ut fundi quidam ex incuria & negligentia Catastris non inferantur, vix tamen hæc ultra exiguas partes, agellos vel Sylvulas extendenda sunt. Ab omni potius verisimilitudine abhorret, Corpus Equestre per sæculum & ultra passurum fuisse, ut Rustici Græffendorffenses tributis & Collectis ut plurimum onerati adeo, ut iis nil nisi vita misera quandoque, satis libera & immunis relinquatur, tractum ingentem uti modo dictum, absque omni pensatione liberum possiderent atque haberent. Quæ cum vero non sint similia, necesse est, alia subsit causa, quæ Corpus Equestre huc usque impedit, quo minus oneribus ordinariis subjecerit tractum illum.

§. 33.

Hoc argumentum aliud & nonum sequatur. Probarunt non modo Rei, verum etiam Actores non diffeli sunt, plura dari Prata, Wald, Wiesen, intra fines Sylvarum, de quibus nunc agitur, ita, ad Culturam
 sensim

sensim redacta & a Ruriculis Græffendorffensibus ipsis erga præstationem annui Canonis possessa. Censum istum, *Waldwiesen Zinsß*, percipiunt Domini juxta designationes $\overline{93}$ & $\overline{94}$ exhibitas. Et ne credatur, esse institutum recentioris ævi, quamvis modo dictæ designationes Exempla habeant ab Anno 1644. ad annum usque 1740. provoco ad Instrumentum sæculi XV. *das Weisthum* de Anno 1485. in quo jam mentio fit agrorum noyalium aliis erga solutionem annui Canonis concessorum $\overline{33}$ Lit. B. & seq. nec minus huc referendum laudum Anno 1494. promulgatum, cum ex illo constet, districtum intra terminos Sylvarum situm, *die Wiesen der Wüstung Neuses*, de cujus situ vid. $\overline{84}$ f. 114. 115. Dominos de Thüngen, qui possessores erunt Pagi Græffendorffensis, spectare, iisque ab Incolis annum Canonem esse solvendum $\overline{83}$ Lit. DD. f. 148.

Cum jure Emphyteutico conciliare nequit, si alius habeat jus, partes fundi Emphyteutici & in specie Sylvæ Emphyteuticæ ad culturam redigendi, easque postea aliis præter Emphyteutam vel elocandi, vel erga annum Canonem concedendi. Posito ergo Actorum jure Emphyteuticario vel simili, eorum esset, formam agrorum mutare, omnemque utilitatem exinde percipere. Neque ullo modo verosimile est, Incolas Græffendorffenses ratione unius ejusdemque fundi duplicem inuituros contractum Emphyteuticarium, aut duplicem soluturos esse Canonem, quod tamen juxta Impetrantium Systema statuendum foret. Quo jure cum desituti cernantur, merito ad plenam Sylvarum proprietatem Reis competentem concludere licet.

§. 34.

Alia adhuc sunt argumenta, in se quidem non sufficientia forsitan, cum aliis tamen juncta non negligenda, præsertim cum doceant, neque Impetrantibus, neque Impetratis ante Annum 1687. unquam de jure Emphyteutico aliquid innotuisse. Sic quæ nomine *des Waldgeldes* ab Impetratis percepta fuere, libro rationum non sub rubro censuum & reddituum certorum, *gewisser und beständiger Zinsen*, sed sub rubro reddituum, qui quovis anno neque certi sunt, neque eadem semper percipiuntur quantitate, *ungewisser Hebungen*, inserta leguntur, cum tamen negari nequeat, illa, si rationem Canonis Emphyteutici habuissent, sub alio rubro rationibus inferenda fuisse, sicuti cum Canone ex agris & pratis noyalibus solvendo, *Wald Wiesen Zinsß*, ab antiquo factum & hodie adhuc

adhuc fieri dicitur, idoneo testimonio, præstationes utrasque diversam habere originem & qualitatem | 89 | f. 14.

Nec minus certum est, quod Canon Emphyteuticus sterilitate unius Anni vel alia causa utilitatem fundi Emphyteutici intercipiente, non obstante, solvendus semper sit. Vnde cum juxta Extractus rationum ex parte Impetratorum | 40 | productos sæpius anni quidam, quibus nihil plane solum fuerit, extiterint, cum Canone Emphyteutico ista conciliari nequeunt, siquidem ad amissionem juris sine dubio egissent Domini adversus Emphyteutas; de quo cum nihil constet, ratio alia dari nequit, quam quod fundamentum hujus actionis, jus sc. Emphyteuticum, non adfuerit.

Huc refero quoque Sententias a Corpore Equestri Anno 1733. & 1739. in causa aliorum Pagorum ad Dominos de Thüngen spectantium, Zentoff, Zetten, Meisenbach, Ruppoden, Kossbach, Frübenbrom, Eckerts, H. Creuß, adversus ipsos ratione juris lignandi promulgatas, quibus Nobiles de Thüngen in possessione exigendi pretium lignorum venditorum defensi fuerunt: *Dasß die Unterthanen die Holz- und Mastungsgelder der Herrschaft zu bezahlen schuldig seyen; Item, daß die Herrschaft die billige Bezahlung vor das zu Behuf der klagenden Gemeinde zu fällende Brenn- und Bau Holz in possessorio abzufordern habe* | 64 | Lit. F. f. G. g. Sane si ab eo, quod in vicinia obtinet, argumentari quandoque licet, rejici non poterit illatio ducta ab eo, quod aliis Pagis sub iisdem Dominis constitutis, in unum Corpus cum aliis junctis & eodem partim feudi jure comprehensis, competit, præsertim si alia adsint adminicula, illationem istam corroborantia, neque titulus seu acquisitio juris diversi ostendi possit.

§. 35.

Denique adducere possem ipsam Impetrantium confessionem, quæ sive veritatis convictione, sive notitia Instrumentorum antiquorum nitatur, illorum Advocatum fateri coegit, olim Contractum Emtonis titulum forsan constituisse, quo ad usum lignorum viam sibi comparaverunt actores. Sicuti in Replicis | 61 | passim iste titulus allegatur, postea vero in Emphyteusin perpetuam degenerasse dicitur, f. 34. 35. Hæc equidem adducere possem, nisi scirem, sub protestatione & in eventum tantum allegata fuisse, proinde firmum argumentum exinde deduci non posse. Si interim hæc mens Impetrantibus federet, olim quidem contractum adfuisse Emtonis, nunc vero alium juris realis translativum subesse, necesse

haberent, mutationem & quando illa contigerit, indicandi & legitimo modo probandi; pro statu enim antiquo præsumtio eousque manet, donec contrarium & quod ab illo recessum fuerit, debite sit probatum.

§. 36.

Expositis hoc modo rationibus, quas Actores æque, ac Rei pro tuendo jure lignandi illimitato & respective pro illo infringendo, enervandoque adduxerunt, juxta ordinem §. 7. expressum, non difficile erit iudicatu, cujus rationes præponderent. Nisi me omnia fallunt, ostensum fuit, Impetrantes in possessione centenaria fere, cædendi Sylvas caduas & certam pecuniæ præstationem erga usum illum solvendi constitutos equidem esse, aut ne umbram quidem juris Emphyteutici legitime constituti allegatam, multo minus probatam fuisse; nec minus demonstratum fuisse reor, Impetrantibus ante annum 1687. nequidem in mentem venisse, jus quoddam perpetuum circa Sylvas sibi tribuendi, cum tamen occasio non defuerit, ad illud, si habuissent, provocandi; post annum modo dictum vero, imo ipso illo anno prima vice juris Emphyteutici mentionem fieri, aut eo minus ad effectum aliquem juris producendum validam, quo clarius ex ipsa Sententia Herbipolensi constat, quod illa nudam possessionem tantum respexerit & possessorium ordinarium vel Pettitorium expresse reservaverit & quod ab illo tempore ad præsens usque lis coram Regimine Herbipolensi & Camera Imperiali continuata fuerit, proinde possessionem, quam ab Anno 1687 in hunc usque diem tenuerunt Impetrantes, ad præscribendum ne hilum conferre.

Ex altera parte sufficienter, ut spero, probatum dedi, Dominium & proprietatem Sylvarum in Marca Grassendorffensi sitarum, a Seculo XV. ad oblegium Herbipolense & Nobiles de Thüngen spectasse, omnemque circa illas dispositionem ab eorum arbitrio dependisse, illos vero pro lubitu partem Sylvarum Incolis & Rurenibus Grassendorffensibus erga pretium certum & determinatum ita vendidisse, ut illas excidere, lignaque in propriam utilitatem convertere, illaque aliis iterum vendere potuerint; Ulterius ex ante deductis patere credo, terminum seu vocem *Waldgeld* cum voce *Kaufgeld* coincidere, atque pretium Emptionis denotare & quamvis Nobiles de Thüngen in ordinationibus de Anno 1555. Incolis usum Sylvarum certo modo concesserint, restrictum tamen & limitatum, imo ad nutum Dominorum revocabilem eum fuisse; unde Incolas prædictos quacunque ratione Sylvarum jura habuerunt, vel hæc iis

com-

competere potuerunt, gratia Dominorum unice illa accepta ferre debere. Vtriusque Partis rationes breviter repetitæ sequentes necesse est producant conclusiones. a) Censentur Rei Dominium & proprietatem Sylvarum in hunc diem & eo usque continuasse, donec contrarium & quod Dominium istud in totum vel pro parte in alios transtulerint, probetur. Quælibet enim res origine sua medienda est & talis rei status semper adesse præsumitur, qui initio fuit. Qui igitur certam & specificam causam, ex qua mutatio facta sit, præterdit, eam probare debet. b) Circa Contractus qualitatem præprimis spectandum esse, qua voce contrahentes illum nominaverint. Talis enim præsumitur, qualis ex istorum verbis apparet. Ostensa itaque identitate vocis *Waldgeld* cum voce *Kaufgeld*, pro Contractu Emptionis venditionis merito habetur, negotium, quod inter Actores & Reos a centum & retro annis celebratum fuit, idque eo magis, quo circumstantiæ, quæ istud comitantur, Emptionis - venditionis Contractum, vel similem adfuisse, non suadeant, sed cogant. Nec refert, quod Actores extraordinarii aliquid in Emptionis contractu, præcipue in eo, subesse statuunt, quod posito isto, Contractus Emptionis in scriptis celebrati producendi sint, atque pretium singulis annis de novo fuisset determinandum, neque unum & æquale per longam annorum seriem continuatum fingi possit. Nam quod ad Contractum Emptionis scriptura requiratur & pretium quovis Anno mutari & aliud determinari debeat, neque ad essentialia, neque ad naturalia hujus Contractus pertinet. Dici porro nequit, unum & idem semper fuisse pretium; pro ratione enim Districtuum variavit & ad magnitudinem eorum determinatum fuit; plures quoque adductæ fuerunt causæ, quæ partes moverunt, ne hac in re mutationem quandam suscipiant, imò status Græffendorffensis perplexus adeo fuit, ut nequidem mutatio quædam fieri potuèrit, dissidiis Dominorum inter se & Contractu oppignorationis omnem mutationem impredientibus; Detur denique, extraordinarii aliquid in hocce negotio latitare, non minus extraordinaria foret Emphyteusis quam crepant Actores; loco enim Canonis annui certi, uniformis & perpetui, statuendus foret Canon pro ratione Sylvarum diversus & mutabilis & si scriptura requireretur in Emphyteusi, Ecclesiastica præsertim, æque necessaria, imò multo magis necessaria, quam in Emptionis Contractu foret. Vnde si ex hoc Capite decisio petenda foret, vix ac ne vix pro Emphyteusi major, quam pro Emptionis Contractu militaret ratio. c) Posito ergo Emptionis-venditionis Contractu, sequitur, quod Impetrantes in qualitate Emptionis causam habeant ab eorum Dominis, Prochotrophis sc. Herbipolensibus

& Nobilibus de Thüngen, & quod proprio & sensu juridico Sylvas non possideant, neque unquam possederint, sed nudi fuerint detentores & adhuc tales sint.

L. 25. & 34. C. loc. Cond.

Vnde d) porro consequitur, quod excepto Summariissimo, neque in Possessorio ordinario mantenentiam, neque in Petitorio jus quoddam prætereendere possint. Pro actu enim facultativo (uti dicitur) seu meræ facultatis habetur Emtio venditio, in quo non datur possessio seu status mantenibilis, proinde nec Mandatum de manutenendo, siquidem ex iis, quæ fieri permittuntur ex gratia & benevolentia, parti adversæ nullum quaritur jus, nec oritur possessio vel quasi, quæ sit attendenda.

Postius de manut. Obs. 53. n. 2. 6.

Klock. T. 1. Conf. 29. n. 552. 555. seq.

Carpz. P. 2. Const. 40. def. 2. & P. 1. Const. 4. def. 4.

Struv. Synt. jur. civ. Exerc. 43. t. 22.

& quamvis Impetrantes ad rem nihil facere statuant, quo jure vel nomine contractus iste, qui inter illos eorumque Dominos ab antiquo substitit, compellatur, modo illis impofterum jus lignandi illimitatum eo modo, quo hucusque illo usi sunt, relinquatur, cum neque Emtionis Contractui refragari velint; modo Domini cogantur, eodem semper pretio Sylvas iis concedendi, lignaque cædendi, hoc tamen foret vocabulis ludere & una manu auferre, quod altera concederetur. Adstructo enim Emtionis contractu, eoque stabilito, in potestate proprietarii remaneat, neceffe est, an rem suam vendere velit, an huic vel alii & quo pretio ejus Dominium transferre velit. Malo hic verbis Mevii quam meis uti. Ita vero ille p. 8. dec. 66. locatio fructuum ait, qui ex decimatione fructuum percipiendi essent, aut ex eorum venditione, semper in se habet jus resignandi & ab ista recedendi, utut longissimi temporis sit & per immemorale continuata fuerit. Hæc pro singulis Annis tantum facta creditur & eam conditionem habere, quam diu Partibus ita placuerit.

§. 37.

Restat, ut observando ordinem §. 7. expositum, de jure circa arbores ventorum vi dejectas & effæctas, *Windfälle und Hinterschläge*, quædam adjiciantur. Vbi initio statim notandum, quod, quæ his vocibus denotantur, arbores, non unius sint generis. Nomine enim *der Windfälle*

fälle veniunt arbores vi ventorum extra ordinem fractæ & dejectæ, aut etiam vi nivis fractæ & lapsæ, sive quoque ætate corruptæ. Vt fides dictis concilietur, ad ordinationes forestales mox citandas me refero, quæ docebunt, arbores vel tempestate evulsas, vel effœtas, vel vi nivis fractas ad hanc classem der *Windfälle*, *Windbrüche* referri.

Ordinat. forest. Brandenburg-Culmbach. tit. 42. ap. Fritsch. Corp. jur. venat. forest. P. 3. p. 360. Ordinat. forest. Bavar. art. 3. ib. p. 84. Ordinat. Comit. a Reuss. art. 6. ibid. p. 265.

Nomine derer *Affterschläge* comprehenduntur ligna residua, quæ postquam arbores excisæ fuerunt, vel in Sylvis remanent, vel sensim decidunt & opponuntur dem *frischen*, *frischständigen Holz*. Significationem hancce firmat ordinatio forestalis Ducatus Württembergici tit. *von Affterschlägen*, apud Fritschium l. c. p. 155. ubi hanc vocem istam determinationem habere, inspectio & contextus docebunt. Superfluum videri posset, peculiarem disquisitionem ratione arborem vento evulsarum & residuorum lignorum instituere, cum adstructo vel destructo Impetrantium jure lignandi illimitato, per se pateat, cui jus competat, illa sibi faciendi. Sed quæ initio hujus relationis facta est annotatio, iterum hic erit repetenda. Sylvarum nempe, quæ in Marca Graeffendorffensi inveniuntur, non una est eademque ratio. Aliæ enim sunt cæduæ ita comparatæ, ut quovis triennio districtus quidam, quovis vicennio vero omnes excidantur, dictæ *die Maafshölzer*, de quibus præcipue hucusque actum fuit. Aliud nemo ist *der hohe Wald*, unde Domini Rei ligna & arbores exstruentes pro arbitrio cædi & vendi curarunt. Hanc facultatem Reis equidem non negant Actores, jus tantum sibi arrogant arbores, in hac Sylva turbine dejectas, effœtas & quæ ramalia passim dicuntur, avehendi & in proprios, irrequisitis Dominis, convertendi usus. Diversitatem hancce Sylvarum Instrumenta antiqua, *die Weifschümer*, indicant verbis sequentibus: *Welches Holz einen Schuhe behält, an der Dicke, das heisset der hohe Wald*, item, *über den hohen Wald hat der Schultheiß Heeg und Laub von des Herrn wegen*. Designatio quoque ichnographica ⁹² ostendit, diversas ab hacce esse Sylvas cæduas & omnium optime differentia hæcce explicatur in scripto Exceptionum titulo ¹⁵⁵ exhibito fol. 94. seq. ut adeo non possit non peculiarem & specialem post se trahere expositionem.

§. 38.

Circa jus colligendi arbores turbine dejectas vel evulsas & cuiquam illud competat, num Domino Sylvæ, an vero ei, qui jurisdictione fo-

restali præditus est, in diversas abeunt Sententias, aliis illud Domino Sylvæ tributibus, aliis vero ad effectus jurisdictionis forestalis illud referentibus. Prioribus adstipulantur

Hunnii disp. de jur. venandi apud Fritsch l. c. P. 1. p. 232. Kemmerich loc. supra alleg. Reinhard de jure forest. hodierno S. 2. §. 7.

Sed ad consuetudines Franconicas provocatur ex parte Nobilium de Thüngen & juxta illas proprium jurisdictionis forestalis esse dicitur, jus etiam in aliena Sylva & cujus proprietas & alios spectat, colligendi arbores fractas vel dejectas, allegatis in eam rem Knipschildo de Nobilit. l. 3. c. 5. n. 265. Besoldo voc. *Forst*, & Diethero in Contin. Wehner. Obs. pract. voc. *Forstrecht*, aliisque |155| p. 159. |163| p. 38. seq.

Quocunque jure ergo censeatur facultas ista, sive pro effectu Domini Sylvarum, sive pro Imperio circa illas competente sumatur, non poterit non Reorum jus arbores istas sibi arrogandi extra omnem Dubitationis aleam poni. Jurisdictio forestalis enim Reis juxta propriam Impetrantium mentem & confessionem ubivis in actis obviam competit; Dominium vero Sylvarum iis pariter negari non posse, in superioribus probatum fuisse confido. Neque ab Impetrantibus ullus allegari potuit titulus (præter articulum quendam in ordinationibus supra allegatis obvium, de quo mox dicendi erit locus) multo minus probari, qui illis hoc in casu faveat. Ad jus Emphyteuticum vel ideo recurri nequit, quia cum illorum Systemate, quod sustinere voluerunt, plane non convenit, juxta propria enim asserta pro quavis Sylva vel ejus parte unice alius diversus Canon est solvendus; proinde cum sub illo Canon pro usu alius & hujus Sylvæ non comprehendatur, neque comprehendi possit, sequitur, quod jus, quod prætenditur, Emphyteuticum ad usum Sylvæ prædictum rationem habeat nullam & quod absque Emphyteusi hucusque illo gavisi sint.

Alia quodammodo est ratio lignorum & ramorum aridorum atque in Sylvis residuorum, ad effectus enim jurisdictionis forestalis, vel juris foresti, quatenus illud classem jurium vi Imperii competentium continet, referri nequeunt, potius ad effectus juris foresti ex Dominio & proprietate Sylvæ provenientes pertinent. Unde ad illum spectare censeantur, qui Dominus est Sylvæ, accessoria enim sunt vel Partes potius arborum, necessario ergo ei cedere debent, ad quem principale seu Sylva ipsa pertinet.

§. 39.

Circa titulum, quem pro se allegare possunt Impetrantes, dum solliciti sumus, nullum alium pro se adducere valent, quam illum, qui ordinatione Anni 1555. priori invenitur. Ratione enim arborum vi ventorum dejectarum & ramorum in Sylvis residuorum modus præscribitur, secundum quem iis uti possunt. Verba supra §. 18. adducta fuere, indeque repetenda sunt. Ex posteriori ordinatione huc referenda illa dispositio, qua certus modus iis præscriptus legitur, qui ligna ad proprios usus aptare & cadere cupiunt; verba enim, *daß keiner Holz aufhauen solle* &c. supra §. 19. adducta satis innuunt, arbores turbine dejectas, ramosque residuos intelligendos esse, nam de his proprie dicitur, *daß sie aufgehauen werden*. Si nunc omnia, quæ exinde deduci possunt, colligantur, nil aliud inde sequetur, quam quod Nobiles de Thüngen Impetrantibus arbores evulsas & ramos hinc inde obvios equidem reliquerint vel concesserint, sed unice *zum Feuer Holz*, addita expressa limitatione, quod si arbor inveniatur adhuc aliis usibus idonea, quod sine dubio de casu, quo ædibus exstruendis inservire potest, intelligendum erit, tunc illa usui illi reservanda sit. Alia additur limitatio, quod scilicet ad necessitatem & in quantum quisque iis opus habeat, usus ille concessus intelligatur, in posteriori ordinatione alia subjungitur limitatio, qua usus respectu illorum, qui equis & bovis destituti sunt, ad certum numerum restringitur, ratione aliorum vero, qui iis gaudent, aliquando relaxatur, ita tamen, ut ligna cæsa quovis die avehantur, neque in crastinum in Sylvis relinquuntur, facultate auferendi ista alii cuivis relicta. Quæ omnia satis innuere videntur, quod quamvis Copia lignorum magna adeo fuerit, ut pro Sylvarum purgatione & lignorum avectione solliciti fuerint Domini, tamen Incolis nequaquam reliquerint facultatem arbores quascunque evulsas & ramalia omnia sibi tribuendi, sed usum partim ad necessitatem, partim ad certum numerum, partim vero ad illam quantitatem, quæ quovis die auferri potuit, restrinxerint & limitaverint. Cui si addatur, quod clausula addendi & mutandi posteriori ordinationi inserta, ad hunc articulum aequè, ac reliquos omnes applicanda veniat, facile erit iudicatu, quod impetrantium jus circa hanc classem lignorum valde sit restrictum & limitatum, atque a gratia & beneplacito Dominorum unice dependeat.

§. 40.

Vnde non mirandum, quod usus iste pro ratione circumstantiarum a Dominis & Possessoribus Pagi Græssendorffensis modo fuerit relaxatus, modo restrictus. Sic ante annum 1650. arbores quæcunque dejectæ vel evulsæ Incolis prædicti Pagi concessæ dicuntur, non solum quatenus iis ipsi opus habuerunt, sed etiam, ut illas vendere potuerint. Sed mutatio facta & a præfecto Ptochotrophii Würzburgensis aliis venditæ dicuntur, Incolis duntaxat in Partem admissis, quatenus sc. ad necessitatem iis opus habuerunt. Quo anno hæcce mutatio vel revocatio contigerit, specificè dici nequit. Rei equidem annum 1650. allegant [155] f. 66. 67. sed non probant. Anno 1656. vero Reos arbores vi ventorum dejectas sibi asseruisse [95] vero reddit simile. Certum ad minimum & evictum est, quod Anno 1664. Impetrantibus usum lignorum illimitatum denegaverint, sicuti hoc patet ex propriis Incolarum gravaminibus Serenissimo Marchioni Brandenburgico. Onoldino exhibitis & ex relatione præfecti Herbipolensis ad gravamina ista remissa [8] Lit. O. P. R. nec ullibi legitur, mutationem hac in re secutam, vel Incolis sæpe dictis plenarium usum arborum dejectarum vel effætarum iterum relictum fuisse, ex actis potius constat, quod Ptochotrophium Herbipolense quousque Dominium solitarium Pagi Græssendorffensis tenuit, ligna ista, quæ post subministrata Impetrantibus necessaria remanserunt, vel vendi curaverit, vel Præfecto Scultetoque in partem Salarii assignaverit. In Extractu rationum Græssendorffer Rechnung de Anno 1656. sequentia invenio: Für Windfäll, nichts, wird sonst der Obley halb gebührende Theil dem Obley, Schultheissen für ein Accidens gelassen, [95] ut adeo possessio ad minimum ab Anno 1664. quam pro se allegant Impetrantes, dubia sit atque incerta.

§. 41.

Novum hinc exsurgit argumentum, juribus Reorum admodum favens. Ex quo enim Impetrantium possessio, secernendi & sibi capiendi arbores evulsas atque delapsas maxime vacillat, Impetratorum Possessio vero novum accipit robur, sequitur, quod ad causam Mandati nostri plane non spectet classis ista, sive, quod Impetrantes vi istius ligna sæpius dicta sibi attribuere nequidem lite pendente potuerint. Dum hæc statuo, necesse est, ut dicam, aliam rationem esse Sylvarum cæduarum, aliam vero collapsarum. Neque potest non patere, quod diversitas, quæ adest, in eo consistat, quod quamvis Impetrantes in possessione Sylvas cæduas excidendi

Jus non scriptum seu consuetudinarium est, quod tacito superioris consensu constitutum.

Scholion. Realitas hujus definitionis inde elucescit; obligatio civilis tota quanta superioris voluntate nititur (a); jam superior voluntatem suam

(a) §. 405. Polit. Wolf.

suam tam verbis expressis, quam tacite ipso facto declarare valet; jus vero voluntate expressa superioris constitutum vocatur jus scriptum (b), & huic opponitur jus non scriptum (c), unde confit, hoc nil aliud esse, quam jus tacito superioris consensu constitutum. Caterum datam consuetudinis definitionem congruere definitioni JVLIANI in L. 32. ff. de LL. quivis facile perspicit; JVLIANVS consuetudinem definit per jus moribus constitutum, per mores itaque populus Romanus voluntatem suam prodidit; JVLIANVM autem ad ea tempora respexisse, quibus populus Romanus gaudebat potestate legislativa, ex ipsius verbis palam est; quid interest, dicentis, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Sicque voluntas illa tacita declarata per mores fuit tacita superioris voluntas; cum ergo una definitio ex altera deducatur, in eoque solum differant, quod data ad generalitatem evecta in omnibus Reipublica forma obtineat, patet, definitionem datam congruere definitioni JVLIANI.

§. 3.

Quaecunque itaque ad id requiruntur, ut constet de tacito superioris consensu, ea quoque requiruntur ad consuetudinem (§. 2.)

§. 4.

Quare cum consensus tacitus factum consentientis requirat (§. 1.), id vero heic consistere non possit, nisi in eo, quod superior actus subditorum non prohibeat, cum potuisset; ad consuetudinem actus subditorum requiruntur, ex quibus consensus superioris colligi potest (d).

§. 5.

Quoniam igitur ex actibus subditorum consensus superioris colligi nequit, si in eosdem consentire non potest, impossibilitas vero vel moralis vel physica est (e). Actus subditorum ita comparati esse debent, ut superior physice & moraliter in eos consentire possit (f).

§. 6.

Actus rationabiles vocantur, qui Juri Naturæ & saluti Reipublicæ in specie conformes deprehenduntur.

§. 7.

(b) Illustr. Heineccius in Elem. Jur. civ. L. I. T. II. §. 44. (c) §. 3. I. de I. N. G. & C. (d) Menoch. conf. 37. n. 92. Struv. Jurisprud. Rom. Germ. L. I. T. II. §. 13. (e) Clariff. Büllinger Dilucid. Philos. §. 10. & seq. (f) L. B. a Lyncker I. Resp. CXXXII. n. 10. & 25.

§. 7.

Actus consuetudinis introductivi rationabiles sint, necesse est (g). Etenim actus consuetudinis introductivi ita comparati esse debent, ut superior etiam moraliter in eosdem consentire possit (§. 5.). Enimvero per se patet, in actus Juri Naturæ & in specie salutis Reipublicæ contrarios superiorem moraliter consentire non posse. Quare cum actus rationabiles vocentur, qui Juri Naturæ & salutis Reipublicæ in specie conformes deprehenduntur (§. 6.), actus consuetudinis introductivi rationabiles sint, necesse est.

Scholion. Ex hoc fundamento BRVNNEMANNVS consuetudinem, qua bona naufragorum fisco vel accolis inventoribus addicuntur, multum iniquitatis in eadem deprehendens, impugnat, eamque minime servandam pronuntiat, quam iniquitatem cum SCHILTERVS perspicere non potuerit, eandem quoque servandam asserit.

§. 8.

Actus consuetudinis introductivi publici esse debent (h). Etenim actus consuetudinis introductivi ita comparati esse debent, ut superior physice in eosdem consentire possit (§. 5.); Enimvero hoc fieri non posse, nisi ad notitiam superioris pervenire queant, palam est. Quare cum actus publici ita peragantur, ut in quorumvis notitiam pervenire possint, adeoque ita comparati sint, ut ad notitiam superioris pervenire queant, evidens est, quod actus consuetudinis introductivi publici esse debeant.

§. 9.

Quoniam igitur actibus publicis opponuntur *Clandestini*, iisdem consuetudo introduci nequit.

§. 10.

Cum vero non soli actus judiciales, sed & extrajudiciales publici esse possint; *ad consuetudinem neutiquam actus judiciales necessarii sunt, sed & extrajudiciales sufficiunt (i).*

Scholion. Negandum tamen non est, facilius ad notitiam superioris pervenire posse actus judiciales & adhuc magis in judicio contradicto sive potius contradictorio gestos; Eam ob causam quoque ipse VLPIANVS (k) ait, hisce actibus consuetudinem tantum firmari.

Crameri Obs. Tom. III.

N n

§. 11.

(g) C. mala dist. 8. cap. 1. X. de consuet. (h) Frantzk. ad tit. π. de LL. n. 110. (i) Illustr. Böhm. II. Conf. 869. n. 15. & 16. Hahn ad Wesenb. tit. de LL. n. 9. (k) In l. 34. π. de LL.

§. 11.

Ad consuetudinem reiteratio actuum requiritur (l). Etenim ad consuetudinem tales actus requiruntur, ex quibus consensus superioris colligi potest (§. 4.); Quare cum ad id non sufficit, ut actus ita comparati sint, quo ad notitiam superioris pervenire queant (§. 8.), sed insuper probabile esse debet, quod ad istam pervenerint, ex reiteratione actuum vero hæc probabilitas enascatur, evidens est, quod ad consuetudinem reiteratio actuum requiratur.

Idem & sic ostenditur; concedamus quoque, istum unicum actum superiori innotuisse & nec tum consensum ipsius inde colligere licet; id adhuc obstat, superiorem sibi persuadentem, subditos in posterum motu proprio talem actum omisso, necesse non duxisse, legem ferre prohibitivam; quare cum actus consuetudinis introductivi ita comparati esse debeant, ut consensus superioris inde colligi possit (§. 5.) iidem reiterari debent.

Scholion. Quilibet haud difficulter mihi largietur, tali modo illationem consensus superioris infringi, modo perpenderit, ipsi vi muneris legislatorii incumbere, intentioni suæ contrarium lege prohibitiva coercendi; constat autem, superiores citius nec ferre, nec teneri ad ferendas leges prohibitivas, usquedum intentioni suæ contrarium legeque supprimendum sapius fuerit peractum; firma ergo demum est consensus superioris illatio, si plures existant actus, quod DD. termino *frequentia actuum* exprimunt.

§. 12.

Actus continui dicuntur, si series eorundem per contrarios non interrupta.

Scholion. Patet id per definitionem continui a PHILOSOPHO stabilitam (m).

§. 13.

Actus consuetudinis introductivi debent esse continui (n). Pone enim, actus non esse continuos, seriei actuum consuetudinem constituentium contrarii sunt interpositi (§. 12.). Ast enimvero sic consensus superioris iterum inde colligi nequit, utpote qui perspicuus, subditos jamjam suos mutasse mores, prioribus actibus contrarios sponte suo exercentes, necesse non duxit, ut sibi improbatum lege prohibitiva coerceret, quare cum ad consuetudinem

(l) L. 1. C. quæ sit long. consuet. (m) §. 504 Ontol. Sat. Wolf. (n) Schilter Exercit. 2. §. 21. lib. de Berger. œconom. Jur. p. 13. IV. Cont. Marp. 12. n. 104.

fuetudinem tales subditorum actus requirantur, ut inde consensus superioris colligi possit, actus consuetudinis introductivi debent esse continui.

§. 14.

Cum adeo unicus actus contrarius obsit continuitati actuum (§. 12.) & ad consuetudinem requirantur actus continui (§. 13.) sequitur, *unicum actum contrarium impedire consuetudinem introducendam* (o).

§. 15.

Reiteratio actuum consuetudinis introductivorum longo tempore fieri debet (p). Pone enim, eosdem actus brevi temporis spatio seinvicem excipere. Quatenus ad notitiam superioris actus pervenire debent, brevi tempore plures suscepti, tanquam unicus considerandi sunt; Cum itaque unicus actus ad consuetudinem introducendam non sufficiat (§. 11.), nec sufficit, ut iidem actus brevi tempore seinvicem excipiant; hinc patet, reiterationem actuum longo tempore fieri debere.

Scholion. Facile est intellectu, tempus istud diuturnum legibus esse determinandum, ad præsciendam litium multitudinem, ex omissione ejusdem determinationis oriundam; ast legibus civilibus idem minime definitumprehendimus, etiamsi in codice totus titulus exstet, *quæ sit longa consuetudo*; Saxones hac in re majori cura principiis Politicis insistentes tempus istud spatio triginta annorum, anni & diei definierunt (q): quos propterea frustra VINNIVS carpit.

§. 16.

Cum ergo Legibus civilibus istud tempus diuturnum definitum non sit (Schol. §. 15.); ea vero, quæ legibus determinata non sunt, arbitrio Judicis sint relicta (r); sequitur, *determinationem temporis diuturni secundum Leges Civiles arbitrio Judicis esse relictam* (s).

§. 17.

Imitari dicitur unus alterum, si unius actiones similes sunt actionibus alterius.

Scholion. Si nonnulla bruta hominem imitari dicuntur, quatenus ipsorum actiones irracionales, hominis actionibus rationalibus similesprehenduntur: de quibus multa exempla collegit RORARIUS in tra-

N n 2

ctatu,

(o) Berlich I. Dec. 74. n. 5. Muller ad Struv. tit. de LL. §. 20. lit. 1. Schultes. 2. qu. 76. n. 53. (p) L. 3. C. quæ sit longa consuet. (q) Pand. Redit lib. 1. art. 29. Illustr. a Lyncker II. Resp. 12. (r) Vid. L. I. §. 2. ff. de Jure deliber. (s) Menoch. de arbit. Jud. quæst. lib. 2. cent. I. cas. 33. n. 6. Cujac. 20. obs. 1. Grot. de J. B. ac Pac. L. II. c. 4. n. 5.

Etatu, quod bruta sæpe melius utantur ratione, quam homines, nuper cum doctis annotationibus cura Cl. RIEBOVII recuso.

§. 18.

Consuetudo imitatur legem (u). Quoniam enim consuetudo jus est (§. 2.); Jus vero regula, juxta quam actiones nostras determinare obligamur (§. 16. Phil. Moral. Wolf.), igitur consuetudo subditos ad actiones sic potius, quam aliter determinandas obligat. Enimvero imitatio ibi generaliter obtinere dicitur, ubi actiones duorum pluriumve agentium ad seinvicem comparatae, similes deprehenduntur (§. 17.). Quare cum Lex quoque id operetur, ut subditos ad actiones sic potius, quam aliter determinandas obliget, ea saltem differentia, quod hic principium obligationis voluntas superioris expressa, ibi vero tacita sit, evidens est, quod consuetudo legem imitetur.

§. 19.

Cum ergo legis efficacia sit, ut imperet, vetet, permittat & puniat (v) & consuetudo legem imitetur (§. 18.), patet, *consuetudinem quoque imperare, vetare, permittere & punire.*

§. 20.

Porro hinc fluit; cum Lex subditos obliget ad scientiam, ad obedientiam, imo & in conscientia (x) & *consuetudinem subditos non solum ad scientiam, ad obedientiam, sed etiam in conscientia obligare* (y)

Scholion. Nimirum nota, eo in casu, in quo Lex Civilis eandem actionem Jure naturali pro diversitate omnium circumstantiarum diversimode determinatam, generaliter uno modo determinat (§. 401. Polit. Wolf.), idem consuetudine fieri posse. Quemadmodum itaque tunc Lex, quamvis Juris naturalis non sit, in conscientia obligat, quoniam Jure naturali ad obedientiam superiori præstandam obligamur; ita quoque eodem in casu consuetudo similiter voluntatem superioris declarans in conscientia obligat.

§. 21.

Consuetudo contraria Legem priorem abrogat (z). Etenim consuetudo legem imitatur (§. 18.); jam vero lex posterior contraria Legem priorem abrogat (a); Ergo & consuetudo contraria Legem priorem abrogat.

Scha-

(u) § 9. 1 de I. N. G. & C. I. ult. C. que sit longa consuet. (v) L. 7 ff. de I. L. (x) Struv. synt. jur. Civ. pag. 114 42. (y) Mynding. cent. § obi. 29. n. 6. & 7. Muller ad Struv. tit. de I. L. §. 22. lit. L. (z) L. 32. § 1. ff. de I. ill. Schner il. Conf. 190. n. 4. & 15. § 68. n. 36. (a) L. fin. ff. de constit. princ. L. 28. ff. de. I. L.

Observat. DCCCXLVII. Requir
Solutio JOSEPHVS AVE
proponitur ut testimonio ve
TALITI (9), atque MACROBIO (9),
tione, exempla ex LIVIO (9),
potes, probat, eademque a
GELLIO (9). Mihi perinde est
sim probaverit, eandem adope
tatis, eandem rationi & consue
tutem jamjam oggannien
tali, non sit longa consuet. ad imp
vires, Ceterum, adverte, quom
perit sua voluntate nomen, ut
est, si recte verba Legis per
legit. Consuetudo sui nomen
si recte non major, sed
voluntatis (§. 19.) demonstrat
consuetudinis sui nomen
suis virtus non vincen
Legislatoris voluntate
etque patet, L. 2 C. de
tione congruum esse
suscipiente tantum esse
VOLUNTARI Patrons de Proc
114
Legem Lex posterior
voluntate superioris, h
jam non nisi consue
contrariam tollere
etiam hanc necessitate
Quomobrem
§. 1. Interpret. in
lib. 1. tit. 17. (9) §. 1.
cap. n. §. in praesentia
ad §. 2. de I. L.

Scholion. JOSEPHVS AVERRANIVS, Antecessor Pifanus (b) hanc propositionem ut testimoniis veterum LIVII (c), QVINTILIANI (d), TACITI (e), atque MACROBII (f), ita & ex frequenti Legum revocatione, exempla ex LIVIO (g), CORN. TACITO (b) & APPIANO (i) petens, probat, eandemque ab institutis Atheniensium derivat, teste GELLIO (k). Mihi perinde est, an instituta Atheniensium Romanis ansam præbuerint, eandem adoptandi, an vero propriis luminibus usi sint; sufficit, eandem rationi & consonantiæ Legum conformem deprehendisse.

Interim jamjam oggannientes audio, contrarium in famosa ista L. 2. *Cod. quæ sit longa consuet.* ab Imperatore CONSTANTINO constitutum esse; *Consuetudinis*, dicente, *ususve longævi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut Legem;* sed non ita est, si recte verba Legis perpenduntur, propositio determinata hujus Legis est: *Consuetudo sui momento non vincit Legem, h. e. consuetudinis in se spectatæ non major, sed eadem obligandi vis est;* quod congruit propositioni (§. 18.) demonstratæ; consuetudinem Legem imitari, cum adeo consuetudinis *sui momento* eadem vis est ac Legis, sequitur, eandem in se propriis viribus non vincere Legem, sed tantum ratione temporis ac mutatæ Legislatoris voluntatis, quæ civilis obligationis fundamentum est; adeoque patet, l. 2. C. cit. minime obstare l. 32. ff. de LL. sed eadem utique congruam esse. Atque similem in modum hæc inter duas Leges apparentem tantum esse contradictionem, demonstravit Ampliff. DN. CRAMER Patronus & Præceptor ad cineres usque colendus, fovendus (l).

§. 22.

Consuetudinem Lex posterior contraria tollit (m). Vtraque enim dependet a voluntate superioris, hæc ab expressa, illa vero a tacita (§. 2.); jam vero nemo non concedit, voluntatem superioris posteriorem priori contrariam eandem tollere; Ergo & Lex posterior consuetudini priori contraria hanc tollat necesse est.

§. 23.

Quamobrem cum consuetudo imitetur Legem (§. 18.), & Lex posterior

N n 3

(b) 2. Interpret. juris l. (c) lib. 45. (d) L. 3. cap. 6. (e) Annal. lib. 6. (f) lib. 3. cap. 17. (g) lib. 7. (h) Annal. lib. 6. (i) Lib. I. Bell. Civil. (k) Lib. II. cap. 18. (l) in Program. de optima jura docendis methodo pag. 11. (m) Struv. Exercit. ad ff. tit. de LL. §. fin.

sterior priorem tollat consuetudinem contrariam (§. 22.); Sequitur, & consuetudinem posteriorem contrariam, seu desuetudinem tollere consuetudinem priorem (n).

§. 24.

Clausula derogatoria legi addita generalis: non obstante quacunquē consuetudine; futuram consuetudinem contrariam non impedit (o). Cum enim pro diversis circumstantiis salus publica sæpius exigat, legem priorem, non obstante ista clausula, a superiore abrogari, idque tantum a voluntate superioris contraria dependeat, utpote cujus solius arbitrio nititur, consuetudo autem contraria voluntatem superioris contrariam declaret (§. 2.); evidens est, quod clausula derogatoria legi addita generalis; non obstante quacunquē consuetudine, futuram consuetudinem contrariam non impedit.

§. 25.

Consuetudo notoria vocatur, cujus memoria actibus quotidie fere occurrentibus conservatur.

§. 26.

Consuetudo ab allegante est probanda (p), nisi sit notoria (q). Quoniam enim consuetudo actibus subditorum reiteratis introducitur (§. 4. & 11.); igitur in facto consistit; Quare cum expediti juris sit, ea, quæ in facto consistunt, ab allegante probanda esse (r), & consuetudo ab allegante est probanda. Enimvero si consuetudo notoria est, memoria ipsius actibus quotidie occurrentibus in plerisque viget (§. 25.); unde cum consuetudo probanda sit, ut de ea constet, notorietas probationis loco est, adeoque nulla ulterior probatio alleganti incumbit.

§. 27.

Consuetudinem probantis tantum est, actuum frequentiam & diuturnitatem temporis probare (s). Etenim nemo non concedit, consuetudinem probatam esse, quamprimum de requisitis consuetudinis constat; Jam vero actus præsumuntur rationabiles (t), consequenter eisdem esse rationabiles, probandum non est. Nec magis continuitas eorundem est probanda; si enim

(n) Idem cit. l. Franc. Vivius decis. 311. n. 6. (o) Richter p. 2. decis. 83. n. 144. Rauchbar. l. qu. 34. n. 74. Brunnem. in comment. ad l. 3. ff. de sepulch. violat. (p) Böhmer II. Conf. 655. n. 4. (q) Mynsinger V. obs. 96. n. 6. Schultes. 2. qu. 77. n. 4. (r) C. 3. X. de testib. cog. Gail. 2. obs. 31. (s) Schultes 2. qu. 76. n. 119. Muller ad Struv. tit. de LL. §. 21. lit. a. L. B. a Berger in œconom. Jur. pag. m. 140. (t) Idem cit. loc. p. 14. & 18.

enim probandum esset, hos actus per contrarios non esse interruptos, probanda esset directe negativa, quæ cum probari nequeat (u), nec continuitas actuum est probanda, sed actus contrarios asserenti eodem probare incumbit; Cum vero nec frequentia actuum, nec diuturnitas temporis præsumi queant, adeoque probatione indigeant, utique patet, frequentia actuum & diuturnitate temporis probatis, de omnibus consuetudinis requisitis constare. Ex quo consequitur, probantis consuetudinem tantum esse, actuum frequentiam atque diuturnitatem temporis probare.

§. 28.

Exinde colligere licet, *testibus productis articulos probatoriales solum de actuum frequentia atque diuturnitate temporis concipiendos esse* (§ 27.)

Scholion. Formula recepta asserita hujus & antecedentis paragraphi a posteriori quoque confirmat, sic enim BERGERVS articulos format:

Art. I. Wahr, daß nachdem Anno 1667. zwischen Seja, als Caji Wittbe, Klägern an einem, Titio desselben Bruder, Beklagten andern Theils, in simili causa von denen Stadt-Gerichten alhier ein Streit entstanden, pro Seja contra Titium Rechtskräftig erkannt worden.

Art. II. Wahr, daß nachhero am 6. Aug. 1685. in Sachen Cajæ, als Sempronii Wittbe, Klägern an einem, Mevii desselben Bruder, Beklagten andern Theils, ebenmäßig also Rechtskräftig gesprochen worden.

Art. III. Wahr, daß vom 15. Septembr. 1668. als von der Zeit, da das beyhm ersten Artic. inducirte Urtheil Rechtskräftig worden, bis zur Zeit des jeho angestellten Processus 31. Jahr, 6. Wochen und 3. Tage verlossen.

§. 29.

Ad consuetudinem probandam duo sufficiunt testes omni exceptione majores (v). Tot enim ad consuetudinem probandam sufficere testes, quot ad plenam fidem faciendam sufficiunt, quilibet facillime perspicit; Enimvero explorati juris est, duos omni exceptione majores eo sufficere testes (x). Unde patet, ad consuetudinem probandam duos sufficere testes omni exceptione majores.

§. 30.

Cum vero ratio, cur ad minimum duo testes ad plenam probationem requirantur, alia non sit, quam quod ea, quæ in facto consistunt, etiam perspicacissimum facile fallere possint & sapius præter opinionem quis

(u) C. 11. X. de probat. c. 23. X. de Elect. (v) Klock tom. 3. conf. 101 n. 4 & 13. Paul Voet. de Statut. tit. 3. c. 1. n. 21. Schultes. 2. qu. 77. n. 5. & qu. 76. n. 66.
(x) C. 5. c. 10. c. 23. X. de test. & attest.

quis ex rationibus occultis ad mendacium permoveri queat, id vero non probabile, si duorum depositiones concordēs deprehendantur; cuius patet, ad consuetudinem probandam nec minus iudicis nudam assertionem, nec minus Doctoris & vel Excellentissimi, testimonium sufficere (y).

§. 31.

Quoniam tamen a Pontifice, ad præcavendum, ne falsa assertionē iniqui iudicis innocens litigator facile opprimi posset, cautum (z), ut iudex in actibus contentiosæ Jurisdictionis adhibere debeat Actuarium juratum, per quem omnia coram iudicio gesta conscribantur; igitur si iudex ex actibus publicis adducat tales actus, in quibus hoc vel illud jus diu observatum, istud testimonium duorum depositioni testium equipollere, consequenter ad consuetudinem probandam sufficere debet (§. 29.) (a).

§. 32.

Et quia a iudice semel ad officium iuramentum præstari solet, porro inde sequitur, iudici ut tali fidem sine iurejurando haberi, ut testi non haberi (b).

§. 33.

Unius testis depositio allegantis iurejurando suppleri nequit, si consuetudo probanda proprii, secus si alterius loci vel multum antiqua fuerit (c). Etenim si agitur de probanda consuetudine proprii loci & unicus testis tantum producit, id maximam præsumptionem adversus producentem excitat: cum consuetudo actibus publicis introducatur (§. 8.); adeoque verosimiliter pluribus nota sit & in proprio loco nec illi ignoti esse queant, quibus de consuetudine constat. Jam vero hæc præsumptio probationi semiplenæ detrahat, sed & cesset, necesse est, si multum antiqua vel alterius loci consuetudo probanda, ob cessantem rationem. Quare cum iuramentum suppletorium demum obtineat, si semiplene fuerit probatum (d); unius testis depositio allegantis iurejurando suppleri nequit, si consuetudo proprii loci, secus si alterius loci vel multum antiqua consuetudo probanda.

§. 34.

Consuetudo alicujus loci probanda est actibus in hoc ipso loco commissis (e).
Pone

(y) Illustr. Boehmer. II. conf. DXCIV. n. 4. & DCXXVII. n. 42. L. B. a Lyncker. II. Resp. XII. n. 39. Leyser medit. ad ff. t. r. Specim. 9. §. 9. (z) In c. 11. X. de probat. (a) Struv. Exercit. II. §. 21. (b) Berger in œconom. Jur. p. 18. (c) Idem cit. l. pag. 14. Mascard. concl. 424. n. 23. seqq. (d) Illustr. Boehmer ad Dig. XII. 2. §. 28. (e) Meichlner I. decis. 14. n. 62. Cothmann I. Conf. 34. n. 52.

Pone enim actus alio in loco frequentatos, nondum inde sequitur, quod etiam in loco quaestionis frequentati: Quare cum consuetudo probata dici nequeat, nisi frequentia actuum probata fuerit (§. 27.); consuetudo alicujus loci actibus in hoc ipso loco commissis probanda est.

§. 35.

Si consuetudo de genere casuum, sub quo datus tanquam species continetur, probari potest, ad eam de isto probandam opus non est actibus in specie in ipso celebratis (f): scus si consuetudo de istiusmodi genere casuum probari nequit (g). Si enim consuetudo de genere casuum, sub quo datus tanquam species continetur, probari potest, ad praedicata generis referri debet (§. 200. Log. Lat. Wolf.). Jam vero praedicatorum generis ad species & individua applicatio legitima est (§. 235. 236. Log. Lat. Wolf.). Ergo ad eam de quadam specie casuum sub isto genere contentam probandam opus non est actibus sub ipsa per modum individuorum contentis, sive quod perinde est, in specie in hoc casu, de quo agitur, celebratis.

Si vero consuetudo de istiusmodi genere casuum probari nequit, pone ad eam de quadam casuum specie probandam afferri posse actus ad aliam pertinentes, sive quod perinde est, tales, qui non in specie in hoc casu, de quo agitur, celebrati; sane a specie una ad alteram argumentaris; quare cum argumentatio a specie una ad alteram vitiosa sit (§. 642. & 643. Log. Lat. Wolf.); sequitur, ut consuetudo probanda sit ex actibus in specie in hoc casu, de quo agitur, celebratis, si de genere casuum, sub quo datus tanquam species continetur, probari nequit.

Scholion. Sic cum Magdeburgi consobrini quidam cum fratrum unilateralium liberis ad hereditatem adspirarent, fundamentum petitionis suae in eo ponentes, quod Jus Saxonicum hoc casu a Magdeburgensibus receptum sit, Icti Helmstadiensis consuetudinem in dicto casu probatam judicaverunt, quamvis in genere saltem probatum fuerit, in successione Jus Saxonicum receptum esse.

§. 36.

Sententia contra consuetudinem notoriam vel plene probatam lata ipso jure nulla est (h). Etenim sententia contra expressam legem lata ipso jure nulla est (i); consuetudo notoria vel plene probata idem operatur ac Lex (§. 18.). Ergo & sententia contra consuetudinem notoriam vel plene probatam lata ipso jure nulla est.

Cramerii Observ. Tom. III.

O o

§. 37.

(f) Leyser medit. ad ff. Specim. IX. §. 8. (g) Illustr. Beecher II. Conf. 328. n. 3.
(h) Muller ad Struv. tit. de LL. §. 22. lit. β. (i) l. 2. Cod. quand. prov. non est necess.

§. 37.

Quoniam igitur sententia ipso jure nulla sine appellatione rescindenda (k); utique & *sententia contra consuetudinem notoriam vel plene probatam lata sine appellatione est rescindenda* (l).

§. 38:

Cumque Judex lata sententia ipso jure nulla in pœnam litem suam faciat, h. e. obligetur ad universum litis dispendium (m); sequitur, ut & *Judex contra consuetudinem notoriam vel plene probatam pronuncians litem suam faciat* (n).

CONSULTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

JOHANN. VLRIC. CRAMER.

J. V. & PHIL. D. & PROF. JVR. ORD.

Adhuc immotus ea in sententia persisto, Præstantiam Philosophiæ & genuinæ Methodi in omni Jurisprudentia insignem esse. Et quæso considera, quid præstent in Jure horum studiorum osiores rotoresque! Blaterant, quidam contenti pluribus verbis aliqua in re commorari. Quidam omnes nervos eo intendunt, ut projiciant ampullas & sesquipedalia verba. Si vero notiones cum verbis jungendas investigaveris, te in aere piscatum fuisse, fatearis necesse est. Quid dicam de ipsorum demonstrationibus! Ratiunculam, quam ad instar auræ naribus adpressæ captarunt, recitant, vel si ambitiosius demonstrare volunt, eos saliendo se exercere credas. Atque sic Philosophia magno supercilio contenta suimetipsius vindex. Enimvero soli Philosophiæ WOLFIANÆ & Methodo demonstrativæ, quam Philosophus primus ad certas regulas redegit, laus hæc debetur. Equidem præjudiciis inveteratis occæcati & juxta Philosophiæ suæ decempedam Wolfianam dijudicantes, hoc pervidere nequeunt: Quin dubitabile illud pectus Giessense dogmata enodata nodis innectere annititur. Esto. Mihi & aliis non sunt dubiorum suorum rationes; adeoque missis iis tuto doctrinis istis, de quarum veritate convicti sumus, superiores quas vocant Facultates inædificamus. Iratas itaque

(k) L. 9. Cod. tit. cit. (l) II. Respons. Lyncker XII. n. 7. (m) pr Inst. de obligat. quæ quasi x delict. conf. Ziegleri Dicast. concl. XX. §. 53. (n) Muller ad Stru., Tit. de LL. §. 22. lit. β.

ambas inflet buccas LANGIVS ille, quod Illustris WOLFIVS nobis Philosophus καὶ ἐξοχὸν audiat. Eodem Jure, quo Græcis Poetæ nomine HOMERVS venit, & nos Germani Illustrẽm WOLFIVM Philosophum καὶ ἐξοχὸν appellare possumus: quippe qui omnium Nationum Philosophis Celeberrimis palmam præripuit, quemve hoc de statu non dejiciet LANGIVS malevolente ingenio natus, etsi contra ipsum scriberet, quæ plausfra implerent;

--- *Hic nigra succus loliginis, hæc est arugo mera.*

Optime ergo rebus Tuis consulisti *CLARISSIME CANDIDATE*, quod antequam Themidis Sacra accederes, Philosophiæ Wolfianæ & Methodo demonstratiuæ operam dederis, quo felici successu deinde hisce subsidiis adjutus ad legum eruditionem adspiraveris. Specimen præsens, quod pro capeffendis summis in utroque Jure Honoribus edidisti, maximo argumento est, utpote quo materiam, quæ magni nominis Juriconsultis tot tricis involuta visâ, ope Philosophiæ Wolfianæ & Methodi demonstratiuæ adeo planam fecisti, ut ea, quæ obmoveri solent, sponte corruant. Non possum ergo non, quin Tibi de hisce egregiis studiorum Tuorum primitiis vehementer gratuler. Macste virtute esto, resque Tuas porro ita age, ut sis Tibi honori, Amicis gaudio, Patriæ, nec non Orbi erudito magno emolumento. Vale. Dab. Marb. Cattor. d. 25. April. A. 1735.

OBSERVATIO DCCCXLVIII.

An dispositio, quæ a disponente nomine Codicilli insignita, talis esse deponat, quando is illam judicialiter deponi & ad acta registrari curavit?

Nunquam creditur codicillos fecisse, qui testari voluit.

L. 1. de Jure codicill.

L. ult. C. eod.

Quæritur itaque, ex quo cognosci queat, an quis testari voluerit? Sic occurrit in Facultate Quæstio

Ob (a) die Disposition de 28. Jan. 1739. als ein solennes Testament, da sie, die Zusage Susanna N., solches einen Codicill nennet, jedoch iisdem solennitatibus, als das testamentum reciprocum, judicialiter deponiren und ad acta registriren lassen, angesehen werden, mithin (b) die darinn enthaltene Exheredation bestehen könne, oder nicht?

quæ sequentem in modum resoluta:

Obwohlen bekantten Rechtsens ist, in codicillis tot tantasque solennitates non requiri, quam in testamentis, dannenhero in §. fin Inst. de Codicill. comparative gesagt wird, in codicillis nullam solennitatem ordinationis desiderari, und zur Validitat eines Codicilli in scriptis sufficient ist, si quinque testes fortuito etiam adventantes, uno eodemque tempore præfentes fuerint,

Consil. Tubing. noviss. Vol. VI. conf. 53. n. 43.

auch wie es an sich auf einer quæstione voluntatis in dubio beruhet, num Testator codicillum, num vero testamentum conficere voluerit, welches ex circumstantiis zu dijudiciren,

L. 13. §. 1. ff. de Codicill. ibique Ddres.

also die bloße Benennung eines Codicilli, womit die Jungfer Susanna N. ihre letztere Disposition belegt, der Sach den Ausschlag um so weniger geben kan, je bekantter es ist, nomina testamenti & codicilli sæpius permutari & a feminis, ac jurium imperitis promiscue adhiberi

Menoch consil. 100. n. 4. & seqq.

vielmehr darauf zu sehen, daß dieselbe gleichwohl eben die Solennitäten wie, der adhibirt, deren sie sich bey Errichtung des ersteren Testamenti reciproci gebrauchet, einfolglich diese letztere Disposition pro testamento publico, actis insinuato, gehalten werden möchte.

Allhierweilen jedoch 1) die Jungfer Susanna diese ihre letztere Disposition de 28. Jan. 1739. ausdrücklich einen Codicill benennet, mit dem Zufügen, ihre Intention bey dessen Errichtung gehe nur dahin,

„ daß, weilen seit beyder Geschwister den 6ten Febr. 1728. errichteten
 „ letzten Willens sich ein; und andere Umstände zugetragen, solche
 „ nicht ohne wichtige Ursach sie bewogen, in ein; und andern Stü-
 „ cken eine Aenderung vorzunehmen.

Nicht weniger 2) das vorhin ad acta gegebene Testament, mit dem Vermelden zurück verlangt:

Daß sie ihr errichtetes Codicill demselben mit beysügen wolle,

Und 3) gegen die auf ihr Ansuchen deputirte Gerichts, Personen declarirt hat:

Daß ihr beygefügtes CODICILL ebenfalls ihr liebster und letzter Wille seye.

Diese Deputati 4) in dessen Conformität, dem Envelopp obiges alles inscribirt, mit dem Zufügen:

Sie

Sie hätten selbiges (Codicill) nebst dem Testament unter demselben Couvert (aufs neue) versiegelt, und seyen beyde wieder in Verwahrung genommen worden.

Und dann 5) wie den regulis bonæ interpretationis, so auch den Rechtsen gemäß ist, in ultimis voluntatibus verba in proprio significato capienda esse, quamdiu non apparet, disponentem aliud sensisse.

Mantica de tacitis & ambig. ult. volunt. cap. 10.

Daß aber 6) die Jungfer Susanna N., ob sie gleich die quæst. disposition einen Codicill benennet, jedernoch solche in vim testamenti zu errichten die Intention gehabt habe, nicht die geringste Probabilisæt vorhanden ist.

Vielmehr 7) dieselbe ut verbis, ita & factis ein ganz anderes declariret hat, indem sie das Testament nur zu dem Ende aus dem Judicio zurück verlangt hat, um selbigem den quæst. Codicill beyzufügen, auch beyde wieder ad acta gegeben hat: Sodann

8) in der quæst. disposition keine heredis institutio befindlich, so doch solennitas intrinseca & basis testamenti, sondern sich desfalls auf das Testament bezogen, und nur quoad substitutionem fideicommissariam in gewissen Stücken eine Aenderung gemacht worden: Endlich

9) ein incontestables principium juris ist, quod nemo paganus cum duobus testamentis decedere possit & testamentum posterius rumpat prius, folglich dem Herrn Requirenten selbst nachtheilig seyn dürfte, wann die letztere Disposition als ein Testament angesehen werden wollte. Sodann die hieroben eingeführte Ratio dubitandi kein anderes inferiren mag, gestalten kein Zweifel vorwaltet, Codicillos etiam coram actis fieri, eoque numero testium quinarium suppleri posse.

Hertius Vol. I. conf. 217, n. 1.

So seynd wir der Rechtsbeständigen Meynung, daß der Jungfer Susanna N. letztere Disposition vor nichts anders, dann einen bloßen Codicill, erkannt werden könne.

Das zweyte Membrum dieser ersten Quæstion aber belangend, ist zwar ex primis juris principii bekannt, codicillis hereditatem directo nec dari, nec adimi posse, wir begreifen auch gar wohl, daß der Herr Verfasser facti speciei die Benennung einer Exheredation in lat. ri & improprio sensu genommen, da bekannt ist, Exheredationem proprie sic dictam de illis personis saltem prædicari, quæ necessario vel instituendæ, vel exheredandæ, vide

Stryck de Cautel. Testam. cap. 19. §. 2.

Nachdem jedoch der ganze tenor testamenti reciproci klärllich ergibt,
O o 3 daß

daß zuvörderst die beyde Jungfer Schwestern einander reciproce zu Erben instituirt, demnachst, und wann die leztlebende von ihnen auch mit Tod abgehen würde, derselben gewisse Personen von ihren nächsten Anverwandten substituirt, auf welche die ganze Verlassenschaft vererbt werden solle, diese Substitution aber nicht anders, dann pro substitutione fideicommissaria angesehen werden mag, cum verba, vererben, verfallen, per notissima juris, fideicommissum involvant, und dann ein gleichmäßig incontestables principium juris ist, Fideicommissum codicillis ut dari, ita & adimi posse; So seynd wir der Rechtsbeständigen Meynung, daß Jungfer Susanna N. in sothanem ihrem Codicill vorgedachte Substitution zu verändern und zu transferiren gar wohl befugt gewesen.

OBSERVATIO DCCCXLIX.

Revocatio & translatio substitutionis fideicommissariae codicillis facta, in casu testamenti reciproci revocati, ultra bona superstitis propria extendi nequit.

Quemadmodum directa institutio codicillis facta obliquatur & ad fideicommissum trahitur, ita & exhereditatio, si quæ codicillis facta videatur, pro revocatione & translatione substitutionis fideicommissariae habenda. Quemadmodum vero revocatio testamenti reciproci non subsistit, nisi quoad bona propria superstitis, ita nec illa revocatio ultra eadem extendi potest.

Ita in eadem causa Facultas,

Zur andern Frage:

- „ Ob diese der Susanna N. den 28. Jan. 1739. gemachte Disposition
 „ und darinn beschehene Exhereditation des Isaac und Johann Daniel
 „ N. auf beyder Schwestern Anna & Susanna, oder nur auf der lez-
 „ tern Verlassenschaft extendirt werden könne, und davon zu verster-
 „ hen seye?

zu kommen: erachten wir ohnmöthig, uns bey den Dubiis, so in Ansehung der Präjudicial-Frage: An testamentum reciprocum a superstite revocari possit, verschiedentlich erregt worden, hier aufzubalten: gestalten de jure communi die affirmativa, wovon wir eine ganze nubem Dd. allegiren können, vorlängst auffer aller Contestation gesetzt ist, und (wo keine Statuta in contrarium vorhanden, als v. g. im Würtembergischen, Edlinschen, Churpfälzlichen) in praxi befolgt wird.

Carpz.

Carpz. jurispr. for. Part. 3. c. 21.

Mevius Part. 5. Dec. 15.

Antecessores nostri Vol. 4. conf. 21. n. 6.

Lauterbach Colleg. theot. pract. ad tit. qui testam. facere poss.
D. 55.

Stryck de Caut. testam. cap. 24. §. 21. seqq.

Merckelbach apud Klock tom. 3. conf. 110. n. 21.

welches dann dahier, da singulae testatrices sich die Revocation vorbehalten, um so weniger Zweifel hat.

Diesemnach müssen wir auch die vorstehende Frage in Rechten dahin beantworten, daß die von der Jungfer Susanna beschehene revocatio & translatio substitutionis nicht weiter, dann quoad bona ipsius propria, beschehen mögen.

Dieweilen jedoch beyde Jungfer testatrices einander reciproce dergestalt instituirt, daß das lebende, ohne Errichtung eines Inventarii, des vorversterbenden Verlassenschaft vor sich allein erb- und eigenthümlich behalten solle; demnachst erst facta substitutione fideicommissaria & legatis relicta, sie sich samt und sonders expresse reservirt, in deren Ansehen ab- und zuzurück. Und obwohl die heredis institutio in arbitrium alicujus tertii nicht conferirt werden mag, jedannoch die electio heredis incerti ex certis (in primis quoad substitutionem fideicommissariam) alteri gar wohl committiret und überlassen werden mag.

Brunnem. ad l. 32. ff. de hered. instit.

Stryck de Caut. testam. cap. 16. §. 37. circa fin.

So können wir dem Herrn Requirenten so da mehrere Hoffnung machen, daß bey der vielen Dubiis unterworfenen Frage, wann die Sach zum Stand Rechtens gelangt, futurus Judex auf diese besondere Umstände reflectiren und den quæst. Codicill auch quoad bona prædefunctæ sororis vor Rechts gültig erkennen werde. Menſe Mart. 1739.

OBSERVATIO DCCCL.

*Si minus, quam semiplene probatum, in criminalibus locum habet
territio verbalis.*

Quemadmodum semiplena probatio in criminalibus indicium facit ad torturam, ita si minus, quam semiplene probatum, territio vel purgatorium decernitur. Illa & quidem verbalis, si metus perjurii adest, velut si auctori rixæ istud esset imponendum.

Pluri-